tosis animantibus, aliaque rerum absurdarum farragine superingesta, deprehenditur nihilo secius in erroris confusionem auditorem abducturus: nondum enim caelo terraque conditis, cum tenebras et aquam et animalium nullibi unquam repertorum (garriat quamvis in Beli fano eorum adhuc exstare simulacra), insanientem in idolorum cultum, et non consistentem eorum naturam in medium proferat: reliquaque pari arte de mari, caelo, terra, hominum productione, obscuris ac daemoniacis inventis, suggestisque a falso genio commentis, et, ut cum Gregorio loquar, fabularum figmentis involvat; et ex praeiacente materia, humida nempe substantia, cuncta deinceps adesse perducta manifestare contendat: ultimo tandem simpliciores animos in errantem et fallacem plurium deorum fidem abducit. Qua de causa de infinitis annis et decem ante diluvium regibus, reliquisque memoratis absurdis, ceu a vero alienis, narratione abdicata, reiecta quoque annorum in dies resolutione sive partitione; eos quoque qui figurato sensu haec percipienda sanxerunt, et ante diluvium diem pro anno censendum, initio a quarto egregororum principe Chorabiel ducto, minus amplector. Annum siquidem solis per duodecim Zodiaci signa et trecentos sexaginta gradus circumacti motum esse sentimus. Est autem gradus dies unus, cui

αυτοῦ μέτρον. καὶ πῶς δυνατὸν μαθεῖν τινα τὸν περὶ ζωδίων δωδέκατον ἀνακυκλευτικὸν τοῦ ἡλίου ἐτήσιον χρόνον, μὴ γινώσκοντα ὅτι ἐνιαυτός ἐστι δωδεκαμερὴς καὶ δωδεκαμηνιαῖος; εἶτά φησιν, ὁ γοῦν παρ' αὐτοῖς σάρος λεγόμενος ἡμέραι εἰσὶ τρισχίλιαι καὶ ἑξακόσιαι, ὁ δὲ νῆρος ἡμέραι ἑξακόσιαι, ὁ δὲ σῶσσος C ἡμέραι ἑξήκοντα. καὶ ὁ μὲν σάρος τῶν τρισχιλίων ἑξακοσίων ἡμερῶν ἀναλυόμενος εἰς τὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέρας τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε ποιεῖ ἔτη ἐννέα καὶ μῆνας δέκα καὶ ἥμισυ. ὁ δὲ νῆρος ἑξακόσιαι ἡμέραι ποιεῖ ἔτος α' καὶ μῆνας ζ'‿γ', ὁ δὲ σῶσσος ποιεῖ μῆνας δύο. οἱ ἑκατὸν εἴκοσι σάροι ποιοῦσιν ἡμερῶν μὲν μυριάδας μγ' καὶ δύο χιλιάδας. ταῦτα δὲ ἀναλυόμενα εἰς τὸν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ποιοῦσιν ἔτη ͵ατπγ' καὶ μῆνας ς'‿γ'. ταῦτα συναπτόμενα τοῖς ἀβασιλεύτοις ἔτεσιν ͵ανζ' πληροῖ ἀπὸ Ἀδὰμ V. 26 ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ χρόνων τῷ ͵βσμβ' συμφώνως τῇ ἡμετέρᾳ D γραφῇ. τῶν δὲ ͵ανη' ἐτῶν ἡ ἀναμέτρησις δι' ἑβδομάδων ἦν γινομένη, ὡς εἶναι τὰς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἀλώρου μυριάδας πέντε καὶ ͵ερξζ'. εἶτα τὴν τῶν Χαλδαίων, φησὶν, ἀμφίβολον ὑπόνοιαν ἀποδεικτικῶς διαλύσας ἀναγκαῖον ἡγησάμην καὶ τὰ πρὸ παραδόσεως ἕως τοῦ ε' Ἐνὼχ ͵ασπς' ἔτει πρῶτον ἑρμηνεῦσαι, εἶτα

9. ἑξακοσίων ἡμερῶν m. α' A. ἓν G. ζ‿γ' (h. e. $7\frac{3}{4}$) A. ἑπτὰ, ἑβδομάδας τρεῖς G. σῶσσος m. σώσσων G. 12. ἐνιαυτὸν add. A et m. ποιοῦσιν ἔτη ͵αρπγ' μῆνας ἓξ καὶ ἥμισυ καὶ ἡμέρας δέκα, ἤτοι μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας κε' m. ς'‿γ' ($6\frac{3}{4}$) A. ἓξ καὶ ἥμισυ καὶ ἡμέρας τρεῖς G. 14. χρόνων] χρόνον m. 15. ͵ανη'] ͵ανζ' m. 18. παραβάσεως ἕως τοῦ ρξε'. Ενὼχ ͵ασπζ' m. 19. ἔτει A. ἔτη G.

minutum additum est unum. At cum ignorarent, ait, homines anni spatium, nondum cognita eius mensura, quomodo perciperent circa duodecim signa revolutionem esse solis annuum spatium, qui annum duodecim mensibus tanquam partibus constare nescierint? Subiungit ille. Sarus itaque illis dictus dies sunt ter mille sexcenti: Nerus dies sexcenti: Sossus tandem dies sexaginta. Ac Sarus quidem trium millium et sexcentorum dierum, in anni trecentos et sexaginta quinque dies distributus, annnos novem mensesque decem cum medio constituit: Nerus dierum sexcentorum, annum unum, menses septem cum tribus ferme hebdomadibus: Sossus denique duos menses. Centum et viginti Sari dierum quidem myriadas quadraginta tres et duo millia componunt, quae per annos sigillatim distributa mille centum et octoginta trium, mensium sex, dierum 25 conflant summam, quibus alii mille quinquaginta septem cum nondum exstarent reges, coniuncti, summam scripturae nostrae consonam 1242 annorum ab Adamo usque ad diluvium referunt. Annorum vero mille quinquaginta septem erat in hebdomadas facta distributio, ita ut ab Adamo usque ad Alorum quinque myriades et quinquies mille centum sexaginta septem forent. Iam vero Chaldaeorum dubiam coniecturam arte demonstrativa refutaturus, annos qui egregororum transgressionem usque ad 165 Enoch, qui mundi fuit annus 1287, prius

ἑξῆς ἐπὶ τὴν ἀπὸ Ἀδὰμ, ἕως τῆς εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου στοιχείωσιν ὁρμῆσαι, ἵνα διὰ τῆς τῶν κρατησάντων κατ' ἔθνος βασιλέων ὀνομασίας τὸν τῶν ͵εωιϛ' ἐτῶν ἀπαραλείπτως συνάξας ἐπιδείξω.

Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς γενεαλογουμένων ἀν- [P. 33] δρῶν τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ πανευφήμου δευτέρου καὶ εἰκοστοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου καὶ τῶν δύο Λιβύων εἰδωλοκτόνου Θεοφίλου τοὺς χρόνους συνάξας παραθήσομαι ἀριθμὸν ἐτῶν ͵εϡδ' πρὸς τὸ μηδεμίαν ἀφορμὴν ἀντιθέσεως εὑρίσκειν ἐν ταῖς θείαις ἡμῶν γραφαῖς τοὺς οἰήσει σοφοὺς αἱρεσιάρχας τε καὶ ἐθνικούς· ὅτι οἱ μὲν ἐθνικοὶ οἰήσει σοφοὶ ἐνόμισαν πολλῶν μυριάδων ἐτῶν εἶναι τὸν κόσμον, οἱ δὲ αἱρεσιάρχαι τὸ ἀνάπαλιν τὸν Χριστὸν τοῦ χρόνου δημιουργὸν ὑπὸ χρόνον ὁμολογοῦσι λέγοντες, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. ἀλλ' οὗτοι πάντες οἰχέ- [B] σθωσαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀκούσαντες, Ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; καλὸν δὴ τὸ ἐπισφράγισμα τοῦ λόγου καὶ εὐαπόδεκτον ὁ συγγραφεὺς ἀποδέδωκε, καὶ ἡμεῖς σὺν τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἀποδεχόμεθα τοῦ λόγου τὸ πέρας ὡς κράτιστον. ἀλλ' ἔδει τούτων οὕτως αὐτῷ διεγνωσμένων καθὼς ἔφησαν, ὅτι πολλῶν μυριάδων ἐτῶν εἶναι τὸν κόσμον νομίζουσιν οἱ ἐθνικοὶ οἰήσει σοφοί, διαπτύσαι τὴν δόξαν αὐτῶν καὶ ἐν μηδενὶ συμ-

1. ἀδὰμ A. τοῦ Ἀδὰμ G. —ετερίδος A. 5. θείαις A. ἁγίαις G. 10. οἰήσει A. οἱ οἰήσει G. 15. Ἑταῖρε] Evang. Matth. XXII, 12. 16. τὸ ἔνδυμα G. τὸ om. A. 18. τοῖς add. A. 19. αὐτῷ] αὐτοῖς m. 21. οἰήσει A. οἱ οἰήσει G.

interpretari necessarium duxi, ut ad vigesimum deinde Constantini ab Adamo ordine servato numerandi seriem traducam: et regum unicuique genti imperantium nominibus prolatis, annorum 5816 summam me non oscitanter collegisse demonstrem.

Computatis insuper virorum quorum ab Adamo familiae in scripturis recensentur aetatibus, usque ad inclytum vigesimum secundum Alexandriae et Aegypti ac utriusque Lybiae archiepiscopum Theophilum idolorum exstirpatorem, annorum 5904, ne qui opinione scioli sunt Haeresiarchae et Ethnici, in contrarium arguendi occasionem arripiant, summam proponam. Ethnici siquidem comparatae sibi scientiae opinione delusi, a multis iam annorum myriadibus mundum incepisse commenti sunt: Haeresiarchae ex adverso Christum temporis opificem tempori subiectum profitentur, dicentes: tempus, quo non erat, aliquando fuit. Verum iubeantur valere cuncti, hac ecclesiae Catholicae voce audita: amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Congruam sane et amplectendam tractatui conclusionem scriptor apposuit; nos quoque sermonis totius ultimam sententiam ceu laudandam cum sanioris iudicii compotibus acceptamus. His certe hac ratione ab eis constitutis decebat magis Ethnicos sibi ipsis sapientes visos et a multis annorum myriadibus mundum conditum existimantes refellere et

C φωνοῦσαν ὡς ψευδῆ καὶ ἀντίθεον τῇ καθ' ἡμᾶς ἀληθείᾳ σπεῦσαι μᾶλλον ἀποδεῖξαι ταύτην, ἐπεὶ, καθὼς ἀνωτέρω σαφῶς ἀποδέδεικται καὶ αὖθις ἐκ τῆς Γενέσεως δειχθήσεται προϊόντος τοῦ λόγου θεοῦ χάριτι, πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ οὐδὲ Χαλδαίων ὤφθη βασιλεία ἢ ἔθνος, οὐδὲ Βαβυλὼν ἐχρημάτισεν, ἥν φασι μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐπικτισθῆναι. τὸ δὲ ἐπάγειν αὐτὸν ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς τῆς κοσμοποιίας ἓξ ἡμέραις ἡ διὰ Μωϋσέως δοθεῖσα ἡμῖν πρώτη βίβλος οὐκ ἐδήλου χρόνου μέτρα, εἰ μὴ μόνον ἡμέραν καὶ νύκτα, καὶ ἑβδομάδα, ἀπρόσφορον· πανταχοῦ γὰρ ἐτῶν
D μέμνηται λέγουσα, καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ ἔτη ϡλ' καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐφεξῆς ἐπὶ τῶν ὅλων γενεῶν ὁμοίως, πλὴν εἰ καὶ τοῦτο πεισθείη τις, ὅπερ οὐκ οἶμαι, καθώς φησιν, ὅτι οἱ ἐξ αὐτοῦ, ἤγουν τοῦ Ἀδὰμ, δι' ἑβδομάδων τοὺς χρόνους ἠρίθμουν, ἕως τοῦ ἑκατοστοῦ ἑξηκοστοῦ ἔτους Ἐνὼχ, ὅπερ ἦν κοσμικὸν ͵ασπϛ' — ἐν τούτῳ γὰρ κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ ὁ ἐπὶ τῶν ἄστρων ἀρχάγγελος Οὐριὴλ ἐμήνυσε τῷ Ἐνὼχ τί ἐστὶ μὴν καὶ τροπὴ καὶ ἐνιαυτὸς, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ αὐτοῦ Ἐνὼχ φέρεται, καὶ τὸ ἔχειν τὸν ἐνιαυτὸν πεντήκοντα δύο ἑβδομάδας, καὶ ὅτι τῶν ͵ασπϛ' ἐτῶν γίνονται ἡμερῶν μὲν μυριάδες μϛ' καὶ ͵θτϟ', ἑβδομάδων δὲ μυριάδες
P. 34 ϛ' καὶ ͵ζνϛ', ἐν αἷς οὔτε μὴν οὔτε τροπαὶ οὔτε ἐνιαυτοὶ οὔτε τὰ

9. ἀπρόσφορον] Legebatur πρόσφορον. In A. est α' πρόσφορον. 10. λέγουσα] Genes. V, 5. ἀδὰμ A. ὁ Ἀδὰμ G. 11. γεννεῶν A. 14. ἑξηκοστοῦ] πέμπτον add. m. ἐνὼχ A. τοῦ Ἐνὼχ G. 17. αὐτοῦ A. τοῦ αὐτοῦ G. 18. ἐτῶν add. A. 19. ͵θτϟ' A. ͵θγϟ' G. ͵θτϛ' m.

opinionem eorum respuere, nec sibi cohaerentem, quin potius fallacem, et veritati a nobis propugnandae contrariam tota animi contentione demonstrare: eo maxime quod sicut superius luculenter est declaratum, rursumque, deo comite, ex Geneseos praecedente sermone manifestabitur, Chaldaeorum regnum vel gens ante diluvium nusquam extitit, neque Babylon ulla audita est, quam dicunt peracto diluvio aedificatam. Nullius porro momenti est quod subdit, traditum nobis a Mose primum librum sex primis mundi conditi diebus nullam temporis assignare mensuram, nisi forte diem et noctem, ac nuperam quandam hebdomadem; passim enim et ubique annorum numerum ille memorat, dicens. Et vixit Adam annis 930 et mortuus est; et ita deinceps cunctis generationibus relatis. Verum si quis hoc pariter in dubium ducat, quod mihi iuxta Polyhistoris historiam non probatur, Adami posteris hebdomadum vice annos fuisse numeratos ad Enoch usque annum 165, qui a mundi conditu 1286 extitit: (in eo quippe conditoris omnium dei nutu, quid mensis, quid solis conversio, quid annus, annum insuper ipsum hebdomadibus duabus et quinquaginta componi, archangelus Uriel astris praepositus Enocho revelavit; nemo quippe didicerat annos 1286 myriadibus dierum quadraginta sex et novem millibus trecentis nonaginta, hebdomadum vero myriadibus sex et 7056, in quibus neque men-

τούτων μέτρα τοῖς ἀνθρώποις ἐγνώσθησαν — ἀτοπώτερον συν- V. 27 αχθήσεται συμπέρασμα τοῖς τὰ Χαλδαϊκὰ συγγραψαμένοις τότε βασιλεύουσιν, ὡς ἐκείνοις δοκεῖ καὶ τῷ αὐτῶν εὐλαβεστάτῳ μοναχῷ συγγραφεῖ Ἀννιανῷ καὶ Πανοδώρῳ μονάζοντι συγχρόνῳ αὐτοῦ ἱστορικῷ. εἰ γὰρ ἐνακοσίοις πεντήκοντα ἓξ ἔτεσι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐγνωρίσθη τῷ Ἐνὼχ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ὁ ἐνιαύσιος χρόνος καὶ ὁ τετραμερὴς αὐτοῦ τροπικῶς καὶ ὁ δωδεκαμερὴς μηνιαῖος, ἄρα ἐγίνωσκον καὶ οἱ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἄνθρωποι χιλίοις που ἔτεσιν, ἤγουν ϡνϛʹ, τοῖς ἡλιακοῖς ἔτεσι καὶ B μησὶ καταμετρεῖν τὰ τῶν βασιλέων αὐτῶν ἔτη. καὶ περὶ τῶν ψʹ τὰ παρ' ἐκείνοις ἔτη ψηφιζόμενα λογίζεσθαι ἡμᾶς ἡμέρας, διὰ τὸ συμφωνῆσαι, ὥς φασι, τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ τῇ ἀληθείᾳ, ἧς ἐκπεπτώκασι κατὰ πάντα τρόπον, καὶ οὔτε ταῖς περὶ κατακλυσμοῦ μαρτυρίαις αὐτῶν πρὸς τὴν τῶν ἡμετέρων πίστωσιν προσέχειν χρὴ οὔτε ἄλλῃ τινὶ δαιμονιώδει αὐτῶν ἱστορίᾳ. σχεδὸν γὰρ ἀπὸ ταύτης τῆς συγγραφῆς καθάπερ ἔκ τινος πηγῆς βορβορώδους καὶ τῶν παραπλησίων αὐτῇ πᾶσα μυθώδης Ἑλληνικὴ καὶ Μανιχαϊκὴ κακοδοξία ἀνέβλυσε. καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς δὲ αἱρέσεων οὐκ ὀλίγαι τὰς ἀρχὰς ἐκ τοιούτων ἀπατηλῶν γραφῶν ἐσχήκασι τὰς C ἀφορμάς. οὗ χάριν προήχθημεν ἀσφαλείας ἕνεκα τῶν τὰ τοιαῦτα

2. τότε] τοῖς τε m. 3. τῷ m. τοῦ G. αὐτῶν] ταὐτῶν G. αὐτῷ m. 4. Ἀννιανῷ] Αἰννιάνῳ G. Ἀννιάνῳ m. παννοδώρῳ A. 5. εἰ γὰρ m. εἰ γὰρ πρὸ κατακλυσμοῦ G. 7. τροπικῶς] τροπικὸς m. 8. μηνιαῖος A. μηναῖος G. πρὸ τοῦ A. τοῦ om. G. 9. ϡλ ϛʹ τοῖς A. ϡλϛʹ. καὶ τοῖς G. 10. καὶ περὶ τῶν ψʹ] ἀδύνατον τοίνυν καὶ ἄλογον m. 16. συγγραφῆς A. γραφῆς G. 17. πᾶσα μυθώδης A. παραμυθώδης G.

sis ambitus, neque caeli solisve conversio, neque annorum numerus, neque horum ratio mensurave hominibus innotescebant, ex aequo comparari), absurdissima certe summa, cum ipsis rerum Chaldaearum scriptoribus, tum regibus ipsis relatis, quam eisdem videatur, ipsi nimirum religiosissimo monacho Anniano scriptori et Panodoro alteri monacho coaetaneo eius Historico colligetur. Verum enim vero si cursus annui spatium, quadrimestris tropicus, et duodecim mensium partitio Enoch et eius posteris ante diluvium est manifestata: ergo et ante diluvium mille circiter annis, hoc est nongentis quinquaginta sex noverant homines annis et mensibus solaribus regum ipsorum annos metiri. Nusquam itaque fieri potest, quod a ratione penitus abhorret, ut nimirum annos pro diebus reputemus, ob eam quae est cum divina scriptura et veritate, qua penitus exciderunt, concordiam; neque vero testimoniis eorum de diluvio prolatis, vel alii cuiquam daemonum historiae nostrae fidei aliqua tenus confirmandae attendere necesse est: omnis enim ferme Gentilium Manichaeorumque falsitas ex huiusmodi scriptura velut ex aliquo fonte coenoso, vel origine simili, scaturivit: nec paucae haereseon quae nostram foedaverunt fidem in fallacibus eiusmodi scripturis principia fundamentaque posuerunt. Ea propter animos eorum

μυθάρια ὡς καίρια λογιζομένων τὰς προγραφείσας μαρτυρίας Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν προειρημένων δύο μοναζόντων Ἀννιανοῦ τε καὶ Πανοδώρου τῶν ὁμοχρόνων ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀκμασάντων καὶ πολλὰ χρήσιμα κεφάλαια ἱστορικὰ πεπονηκότων παραθέσθαι. εἰ καὶ ἐν τῷδε τῷ μέρει δοκοῦντές τι κατορθοῦν οὐδὲν τῇ ἀληθείᾳ κέρδος προσήγαγον, δεξάμενοι τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ προρρηθέντος περὶ τῆς τῶν
D Χαλδαίων βασιλέων δόξας, ὅτι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἐβασίλευσαν, καὶ τὸν τῶν ἐτῶν μυριαδισμὸν ἀλληγορησάντων, πρὸς τούτοις δὲ καὶ Ἀβυδηνοῦ καὶ Ἀπολλοδώρου περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ ἔτι Μανεθῶ περὶ τῆς Αἰγυπτίων δυναστείας πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ παράμοια μυθολογοῦντας, ὧν τὰς χρήσεις, Ἀβυδηνοῦ λέγω καὶ Ἀπολλοδώρου καὶ Μανεθῶ, προστεθῆναι ταύτης ἡγοῦμαι τῆς προθέσεως, ὡς ἂν καὶ ἐξ ἀλλήλων αὐτοῖς τὸ ἀσύμφωνον συναχθῇ καὶ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ κακὸν ἀνατραπῇ, καὶ οὕτω τοῖς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτεσι τὰ κατὰ μέρος ὅση δύναμις ἐπισημήνασθαι.

P. 35 Τῶν μέντοι προαναφερομένων θεοφιλεστάτων ἱστορικῶν μοναχῶν ἰστέον εἶναι τὴν ἔκδοσιν Ἀννιανοῦ μὲν ἐπιτομωτέραν καὶ ἀκριβεστέραν τῇ ἀποστολικῇ τε καὶ πατρικῇ παραδόσει ἀκόλουθον, ἐν ᾗ τὴν θείαν σάρκωσιν τῷ ͵εφ᾽ πληρουμένῳ καὶ ἀρξαμένῳ

2. Ἀννιανοῦ] Vulgo Ἀννιάνου. 9. ἀλληγορήσαντες m. 10. δὲ add. A. Ἀβυδηνοῦ m. Ἀβυδινοῦ G. 11. καὶ ἔτι A. ἔστι καὶ G. 12. μυθολογοῦντος m. Vulgo Ἀβυδινοῦ. 19. Ἀννιανοῦ] αἰννιάνου A. Ἀννιάνου G.

qui fabellis huiusmodi aeque ac aliis veritati consonis fidem praebuerunt, ab errore vindicaturi, atque in tuto posituri, suprascripta Alexandri, nec non Anniani, Panodorique eiusdem aetatis monachorum, qui sub Alexandriae antistitis Theophili vigesimum secundum annum plures historicos tractatus a se elaboratos ediderunt, testimonia producere sumus compulsi. Praefati siquidem Alexandri de regibus ante diluvium Babylonica sceptra tenentibus recepta sententia, probata quoque aliorum qui annorum myriadas allegorice sumendas recensent opinione, ac demum admissis Abydeni et Apollodori de iisdem, adde et Manethonis de Dynastiis Aegyptiorum ante diluvium plurima fabulose comminiscentis auctoritatibus, magnae licet et insignis sese putent. Historicae rei utilitatis auctores extitisse, nullum tamen exinde veritati emolumentum accessit: quod ne levi coniectura confictum a me censeatur, eorum, et Abydeni, Apollodori, et Manethonis dicta huc arcessita palam proferre operae meae pretium esse reor, quo ipsorum ad invicem dissensus colligatur, malumque ruinae sibimet sit causa, atque ita singulis quibusque post diluvium annis, quae divisim et successive contigerunt, quantum feret virtus et ingenium, adscribantur.

Adductorum vero superius religiosorum historiae scriptorum monachorum observandum, Anniani quidem concisiorem, at fideliorem et patriae ac apostolicae traditioni consonam scriptionem, qua divinam incarnationem

τῷ ͵εφα' ἀποδείκνυσι, τὴν δὲ ἁγίαν καὶ ὁλόφωτον ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως κε' τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις Μαρτίου μηνὸς, τοῦ δὲ παρ' Αἰγυπτίοις Φαμενὼθ κθ', ἣν καὶ πρωτόκτιστον ἡμέραν ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ συστάντι πασχαλίῳ τῶν φλβ' ἐτῶν μετά τινων σχολαστικῶν ἐπιστασιῶν διεσάφησε, τῷ ͵εφλδ' ἔτει τοῦ κόσμου ἀρξαμένῳ κατὰ αὐτὴν τὴν ζωοποιὸν τοῦ πρώτου κυριακοῦ πάσχα ἡμέ- B ραν, οὗτινος πασχαλίου φιλαληθεστάτην ἔκδοσιν εὑρήσει ὁ V. 2 φιλομαθὴς ἐν τῷδε τῷ πονήματι κατὰ τὸν δέοντα τόπον μετὰ καὶ τοῦ παρ' ἡμῶν πονηθέντος ἰσοδυνάμου αὐτοῦ· τοῦ δὲ Πανοδώρου πολυμερῆ τε καὶ πολυειδῆ, πολλά τε χρήσιμα ἔχουσαν, οὐ μόνον χρονικῆς ἐχόμενα θεωρίας, ἀλλὰ καὶ τῆς κανονικῆς τῶν δύο μεγάλων φωστήρων ἡλίου καὶ σελήνης κινήσεως, ἐν πολλοῖς δὲ ταυτολογοῦσαν καὶ λειπομένην ἔτεσιν ζ' τῶν ͵εφ' ἐτῶν τῆς ἀρρήτου ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ C διὰ τοῦτο σφαλλομένην περὶ τὸ πασχάλιον ἡμέραν. τῷ γὰρ ͵εφκε' ἔτει τοῦ κόσμου ταύτην γεγενῆσθαι παραδίδωσι μηνὸς Μαρτίου κ', ἤτοι κατ' Αἰγυπτίους Φαμενὼθ κ̄, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὸ γενέθλιον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἔτος οὐχ ὑγιῶς ἔχουσαν. ἀμφότεροι δὲ αὐτῶν τὸν Καισαρείας Παλαιστίνης Εὐσέβιον καταμέμφονται, ὅτι μὴ δεδύνηται ὡς αὐτοὶ τὸν μυριαδισμὸν τῶν Χαλδαϊκῶν ἐτῶν, ἤτοι τῶν ρκδ', εἰς ἡμέρας νοῆσαι, καὶ ἀναλύσεως ἢ μερίσεως αὐτοὶ πεποιήκασιν, ὡς προδέδεικται, ἵνα σύμφωνος εὑ-

6. αὐτὴν A. τὴν αὐτὴν G. 9. παννοδώρου A. 10. ἔχουσαν m. ἔχουσα G. 15. περὶ τὸ] περὶ τὴν m. ͵εφκς' m. 17. Φαμενὼθ κδ' m. 21. οὗ καὶ ἀναλύσεως m. 22. πεποιήκασιν ἔκθεσιν m. ὡς add. A et m.

anno 5500 completo, ac exoriente 5501 contigisse demonstrat: sanctum autem et undequaque lucidum resurrectionis diem 25 iuxta Romanos Martii mensis, iuxta Aegyptios Phamenoth 29, quem et eundem dominicum primo conditum in edita Paschatis tabula 532 annorum, mundi, inquam, anno 5534, ipso vitae reparatore dominici Paschatis die principium anni ducente, accurata argumentorum congerie non obscure convincit; huius autem Paschalis tabulae sinceram editionem studiosus lector loco praesentis operis congruo cum aequali a nobis elaboranda reperiet; Panodori ex adverso copiosa est variisque partibus et argumentis ornata narratio, non modo qua continuam temporum seriem, verum potius qua duorum magnorum luminarium solis et lunae compositum suis legibus motum fideliter oculis subiicit; in plerisque tamen eadem quae Anniano dicta inculcat, licet a domini nostri Iesu Christi arcana nativitate anno 5500 ponenda, septem integris annis brevior deficiat, ac ideo a Paschali die aberret: haec enim 5526 mundi anno eam accidisse, mensis Martii 20, id est secundum Aegyptios 24, tradit, ac pariter circa natalem salvatoris annum non parum hallucinatur. Uterque vero Caesareae Palaestinae Eusebium incusat, quod sicut ipsi myriadismum Chaldaicum, hoc est annorum myriadas 124, dierum vice putandas, non potuerit advertere, quarum distributionem ac partitio-

ῥεθῇ τῇ γραφῇ. ἡμεῖς δὲ αὐτὸν μᾶλλον ἀποδεχόμεθα μὴ συμβι-
D βάσαντα τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ. πολυμαθὴς γὰρ ὢν καὶ εἰδὼς Χαλδαίους μὲν ἀπείρους αἰῶνας τῆς κοσμογονίας εἰσάγοντας, Ἕλληνας δὲ καὶ Αἰγυπτίους ἐν εἴκοσι πέντε περιόδοις ἐτῶν τῶν ἀπὸ ,αυξα', ἤτοι ἐν λς' χιλιάσι καὶ φκε' τὴν κοσμικὴν ἀποκατάστασιν γίνεσθαι λέγοντας, ἤγουν ἀπὸ σημείου εἰς σημεῖον τοῦ οὐρανοῦ τὴν ἀποκατάστασιν, ὡς ἐν τοῖς γενικοῖς Ἑρμοῦ καὶ ταῖς κυραννίσι φέρεται, τούτου χάριν περιττὸν ἡγήσατο τὰς ἀλλοτρίας δόξας ἀλληγορῆσαι, ὡς ἔοικε. μέμφονται δὲ αὐτὸν ἐν ἄλλῳ μέρει εὐλόγως, ὅτι ἐν τῇ ἀνακεφαλαιώσει τοῦ χρονογραφείου αὐτοῦ σϟ' ἔτη ἐσφάλη. ἀντὶ γὰρ ,εωις' ,εφκς'. ἐστοιχείωσε δὲ οὕ-
P. 36 τως· ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς γεννήσεως Ἀβραὰμ συνῆξεν ἔτη ,γρπδ', καὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου ἐν τῷ κατὰ πλάτος συνῆξε χρόνον ἐτῶν ,βτμβ'. ἃ γίνεται ἔτη ,εφκς'. ἡ δὲ τοιαύτη παράνοια, φησὶν ὁ Ἀννιανὸς, ἐκ τοῦ ἀνακυκλευτικοῦ τόμου τοῦ πάσχα ἐλέγχεται, ἤτοι ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου τῶν φλβ' ἐτῶν. εἰς ταῦτα γὰρ ἀναλύσαντες τὰ ,εφκς' ἔτη εὑρίσκομεν περιόδους δέκα καὶ λοιπὰ ἔτη σς'· ταῦτα εἰσαγαγόντες εἰς τὸν τοῦ πάσχα τόμον ἀκόλουθον εὑρίσκομεν τὴν ιδ' τῆς σελήνης καὶ τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν τὴν κυριακὴν τῷ ,εωις'. ὡσαύ-

4. ἐτῶν m. ἐτῶν λέγοντας G. 6. ἤγουν m. ἤγουν ἢ G. 9. αὐτὸν] Vide Eusebium I, 18. p. 90. 11. ,εφκς'] ,εφις' vulgo. ἔγραψεν ,εφκς' m. 13. — ετερίδος A. 15. Ἀννιανὸς] αἰννιᾶνος A. Αἰννιάνος G. Αννιάνος m. 16. τόμου A. χρόνου G. 18. λοιπὰ A et m. λοιπὸν G. 20. τῷ] τὰ m.

nem, ut integre scripturae respondere comperiantur, ipsi, ut praemissum est, ediderint. Nos sane laudamus Eusebium potius, qui mendacium veritati non adstruit. Ille siquidem ceu varia praeclarus eruditione, cum Chaldaeos infinitos a mundi natalibus annos intrudere, Aegyptios vero ac Graecos viginti quinque annorum revolutionibus, quarum singulae 1461, hoc est omnes simul triginta sex millibus ac quingentis viginti quinque annis terminarentur, mundi reparationem, intellige a caeli puncto dato in idem punctum reditum, ut in Mercurii Genicis et Cyrannidibus fertur, fieri constanter asseverare deprehenderet: huius gratia dissitas a nobis opiniones, in figuratum sensum deflectere, absurdum, ut opinor, iudicavit. Non iniuria vero alio loco conciliant eidem invidiam, quod annis 290 in Chronographiae summa aberravit, et 5816 vice, scripserit 5526. Sic autem numerum ille digessit. Ab Adamo ad Abrahae natalitia 3184, et ab Abrahamo ad vicesimum usque Constantini annum diffusius exposita posteriore Chronici sui parte 2342 annos collegit, quorum omnium summa est 5526. Hallucinationis autem causa ex revoluto Paschatis spatio, hoc est ex 532, annorum solari circulo arguitur, inquit Annianus. In quingenta siquidem et triginta duo si 5526 distribuerimus, cyclos huiusmodi decem ac insuper 206 reperiemus; hos si cum Paschali tabula contulerimus, in decimum quartum lunae et dominicum resurrectionis diem consequenter incidemus.

τως ἀναλύσαντες εἰς φλβ' εὑρίσκομεν περιόδους δέκα καὶ λοιπὰ B υϟϛ' ἔτη. ταῦτα εἰσενέγκαντες εἰς τὸν τοῦ πάσχα τόμον εὑρίσκομεν τὴν ιδ' σύμφωνον τοῦ Φαμενὼθ κθ', ὅ ἐστι Μαρτίου κέ, τὴν δὲ κυριακὴν Φαρμουθὶ τρίτῃ, τοῦτ' ἔστι Μαρτίου κθ'. τῶν δὲ παραλειφθέντων ἐτῶν σϟ' τῷ αὐτῷ Εὐσεβίῳ ἡ ἀπόδειξις ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς οὕτω κεῖται· μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῷ Σὴμ γεννᾶται ὁ Ἀρφαξὰδ, εἶθ' οὕτως γεννᾶται Καϊνᾶν· τοῦτον τὸν Καϊνᾶν οὐκ ἐγενεαλόγησεν ὁ Εὐσέβιος τεκνώσαντα ἐν τῷ ρλ' ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ τὸν Σαλά· ἔτι δὲ καὶ Ἀωδὼν τὸν κριτὴν οὐκ ἐστοιχείωσε κρίναντα τὸν Ἰσραὴλ ἔτη δέκα. οἱ δὲ ἑβδομήκοντα C ἑρμηνευταὶ ἑνδέκατον κριτὴν αὐτὸν ἔταξαν. ἔτι δὲ καὶ τὰ τῆς ἐπικρατήσεως τῶν ἐν τοῖς κριταῖς σποράδην βασιλευσάντων ἐξ ἀλλοφύλων ἔτη ρια' οὐκ ἐψηφίσατο, λογισάμενος ἐν τοῖς κριταῖς λελογίσθαι αὐτά· οἱ δὲ ἑβδομήκοντα ἑρμηνευταὶ ὀνομαστὶ ἡρμήνευσαν αὐτοὺς κρατήσαντας τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη ρια', τοὺς ιγ' κριτὰς κρίναντας τὸν Ἰσραὴλ ἔτη σϟθ', ὡς εἶναι ὅλον τὸ τῶν κριτῶν βασίλειον ἐτῶν υι'. ἔτι δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν Σαμψὼν τοῦ κριτοῦ τῆς ἀναρχίας, ἤτοι εἰρήνης, τοῦ λαοῦ μ' ἔτη ἐν τῷ κατὰ πλάτος οὐκ ἔθηκεν· ὁ δὲ Ἀφρικανὸς αὐτῶν ἐμνημόνευσε καὶ τῇ τοῦ χρονογραφίου αὐτοῦ ὁμάδι συμψηφισάμενος ἥνωσε. D

3. *μαρτίου* A. *τοῦ μαρτίου* G. 6. *οὕτω* A. *οὕτως* G. 7. *Σὴμ*] *σῆμ* A. 8. *ἐγενεαλ* — A. *ἐννεαλ* — G. 9. *Σαλά*] Vulgo *Σάλα*. *Ἀωδὼν*] *Ἀὼδ* m. Vere Anonymus „Aodon eiusque annos 80 recenset Eusebius, at omittit Aelonem eiusque annos 10. vide p. 154 et 164. ult. Itaque hic restitue et lege *Αἰλὼν* vel *Ἀειλών*." 14. *ἡρμήνευσαν*] Vulgo *ἑρμήνευσαν*. 17. *ἔτι δὲ καὶ* A. *καὶ* om. G. *σαμψῶν* A. *τοῦ Σαμψὼν* G. 18. *ἐν τῷ*] *ἐν τῷ δὲ* A.

Annis pariter 5816 in 532 distributis revolutiones decem cum 496 annis invenimus; his ad Paschalem tomum relatis nanciscimur lunam 14, Phamenoth 29, concinentem, qui Martii est 25, ac dominicum diem Pharmuthi 3, id est Martii 29, correspondentem. Omissorum vero ab Eusebio ducentorum nonaginta annorum demonstratio in divinis scripturis hoc pacto iacet. Post diluvium a Sem procreatur Arphaxad, tum Cainan nativitas memoratur. Hunc Cainan filium Sala vitae suae anno 130 suscipientem omisit Eusebius; Aodum insuper iudicantem Israel annis decem non recensuit, quem septuaginta Interpretes undecimo inter iudices loco posuerunt. His adde alienigenarum interrupto tempore passimque regnantium tyrannidisque eorum 111 annos ab eodem, aliorum iudicum regnis regnorumque computis comprehensos aestimante, non numeratos; septuaginta vero Interpretes eosdem per annos 111 in Israel tyrannidem exercentes, et alios tredecim iudices per annos 299 Israeli praefectos exposuerunt, ex quibus iudicum integrum imperium 410 annis stetisse dignoscitur. Sampsone demum e vivis sublato, interregni sive concessae populo pacis annos 40 nullam habuit in Chronicorum diffusiore contextu memoriam, quam tamen egit Africanus, eosdemque collectae Chronographiae summae adiecit.

Ταῦτα Ἀννιανὸς ἐπὶ λέξεως φησι μεμφόμενος Εὐσέβιον τὸν
Παμφίλου δικαίως περὶ τῆς παραλήψεως τῶν σϟ′ ἐτῶν. συνῳδὰ
δὲ αὐτῷ καὶ Πανόδωρος περὶ τούτων ἐγκαλεῖ, οὗ τὰς χρήσεις
περὶ τούτου παρέλκον ἡγούμεθα παραθέσθαι. πλὴν καὶ Εὐσέ-
βιος καὶ Ἰώσηππος καὶ ἄλλοι περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλείας
ἱστορικοὶ φαίνονται λέγοντες ὅτι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐβασίλευον
ἑπόμενοι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πολυΐστορι καὶ Ἀβυδηνῷ καὶ Ἀπολλο-
δώρῳ μηδεμίαν ἔχοντες ἀφορμὴν ἐκ τῶν θειῶν γραφῶν. ὅτι γὰρ
μετὰ τὸν κατακλυσμὸν διαμερισθέντες τὴν οἰκουμένην οἱ τρεῖς
P. 37 υἱοὶ Νῶε πάλιν ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἐξ αὐτῶν ὥρμησαν κἀκεῖθεν,
ὥς φησιν ἡ γραφὴ κατ᾽ ἐπανάληψίν τινα, μετὰ τὸν διαμερισμὸν
καὶ τὰς γεννήσεις αὐτῶν ἦλθον ἐν γῇ Σενναὰρ, ἥτις ἐστὶ Βαβυ-
λὼν, ὃ ἑρμηνεύεται σύγχυσις, διὰ τὸ συγκεχύσθαι ἐκεῖ τὰς γλώσ-
σας τῶν τὸν πύργον οἰκοδομούντων, ἀκουστέον τρανῶς τῆς γρα-
φῆς λεγούσης „καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κινῆσαι αὐτοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν
εὗρον πεδίον ἐν γῇ Σενναὰρ, καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ. καὶ εἶπεν ὁ
ἄνθρωπος τῷ πλησίον, δεῦτε, πλινθεύσωμεν πλίνθους καὶ ὀπτή-
σωμεν αὐτὰς πυρί." καὶ μετ᾽ ὀλίγον „καὶ διέσπειρεν αὐτοὺς
κύριος ἐκεῖθεν ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ ἐπαύσαντο οἰκοδομοῦν-
B τες τὴν πόλιν καὶ τὸν πύργον. διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτῆς
Σύγχυσις." σύγχυσις δὲ Βαβυλὼν ἑρμηνεύεται Ἑβραϊστί. προεί-

1. Ἀννιανὸς] Αἰνιάνος vulgo. Αννιάνος m. 3. καὶ παννόδωρος A. ὁ Πανόδωρος G. 7. Αβυδηνῷ m. Αβυδινῷ G. 9. εἰς τὴν m. 12. σεναὰρ A. Σενναὰρ G. βαβυλῶν A, ut solet. 14. γραφῆς] Genes. XI, 2. 16. σεναὰρ A. Σενναὰρ G. ὁ add. A. 17. πλησίον A. πλησίῳ G. πλινθεύσωμεν A. πλινθεύσομεν G. 18. αὐτὰς A. αὐτοὺς G. 20. αὐτῆς A. αὐτοῦ G.

Haec ad verbum Annianus Eusebium Pamphili 290 annorum omissionis incusans scribit. De his consona ipsi voce conqueritur Panodorus, cuius dicta in medium proferre a proposito ducimus alienum. Verum enim vero Eusebius et Iosephus et alii Chaldaicarum rerum scriptores Alexandrum Polyhistorem, Abydenum et Apollodorum nullo accepto divinis ex scripturis testimonio sequuti, Chaldaeos ante diluvium antiquum exercuisse imperium visi sunt asserere. Praeterito quippe diluvio divisi per orbem universum Noe filii tres, desertis quas occupaverant terris, in orientem iterato commigrarunt; inde vero, prout quadam resumptione testatur scriptura, post orbis divisas regiones ac propagatam sobolem, in terram Senaar, quae Babylon est, et exponitur confusio, quod ibi turrim aedificantium confusae sunt linguae, convenerunt. Verum attendenda ipsius scripturae verba. Et factum est cum proficiscerentur de oriente, invenerunt campum in terra Senaar et habitaverunt in eo. Dixitque vir ad proximum suum: „venite, faciamus lateres et coquamus eos igni." Et paucis adiectis. „Et dispersit illos dominus ex eo loco super faciem terrae. Et cessaverunt aedificare civitatem et turrim. Et idcirco vocatum est nomen eius Confusio." Confusio namque Babylon Hebraice dicitur. Paulo superius autem

ρηκε δὲ πρὸ μικροῦ προλαβοῦσα ὅτι „Χοὺς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ. οὗτος ἤρξατο εἶναι ἐπὶ τῆς γῆς. οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἔναντι κυρίου. καὶ ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλών, Ὀρὲχ καὶ Ἀρχὰδ καὶ Χαλάνη ἐν γῇ Σεναάρ." τούτων τί σαφέστερον ἀκούειν ἐθέλοιμεν περὶ Βαβυλῶνος, ὅτι πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ οὐδέπω ὤφθη οὐδὲ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, ἕως τοῦ κινῆσαι τοὺς ἀνθρώπους πληθυνθέντας ἐξ ἀνατολῶν καὶ κατοικῆσαι αὐτοὺς ἐν γῇ Σενααρ, καὶ οἰκοδομῆσαι τὴν πόλιν καὶ τὸν C *πύργον, προηγουμένου αὐτῶν τοῦ θεομάχου Νεβρὼδ καὶ βασιλεύοντος, κατὰ μίμησίν τε τῶν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ γιγάντων πάντα τυραννικῶς πράττοντος καὶ πείθοντος τοὺς ὑπηκόους πρῶτον ἀπειθεῖν τῷ θεῷ καὶ πύργον οἰκοδομεῖν οὐρανομήκη κατέναντι αὐτοῦ. διό φησι τὰ λόγια „οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς," τουτ' ἔστι μετὰ τὴν τῶν προτέρων γιγάντων ἀπώλειαν οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας πρῶτος τῇ κακίᾳ μετ' ἐκείνους ἐπὶ τῆς γῆς. οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἔναντι κυρίου, ἀντίθεος τὸ δὴ λεγόμενον. τῆς δὲ Βαβυλῶνος, ὡς ἀποδέδεικται ταῖς θεολέκτοις φωναῖς, μὴ οὔσης πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ οὐδ' ἡ Χαλδαίων βασιλεία ἔσται τὸ πρότερον ἕως τῆς βασιλείας Νεβρὼδ καὶ τῆς πυργοποιίας, τούτοις δὲ συναποδείκνυται καὶ ἡ παρὰ Μανεθῶ περὶ τῶν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ δυναστειῶν τῶν Αἰγυπτίων* D *συγγραφὴ ψευδὴς, πρῶτον μὲν ἐξ ὧν ἑκάτερος αὐτῶν ἑαυτὸν* V. 30

1. πρὸ μικροῦ] X, 8. χοῦς δὲ A. Aberat δέ. νεβρώδ A. Νεμβρώδ G. 4. ὀρὲχ A. Ορὰχ G. σεναάρ A. Σενναάρ G. 9. νεβρὼδ A. Νεμβρὼδ G. 14. τὴν add. A. 17. ὡς add. A. 19. νεβρὼδ A. Νεμβρὼδ G.

praemiserat. Chus genuit Nembrod. Hic coepit esse super terram. Hic erat Gigas, venator coram domino. Fuit autem principium regni eius Babylon et Orach et Archad et Chalane in terra Senaar. Quaenam his de Babylone disertiora vellemus audire, ut eam ante diluvium, vel etiam retro nusquam fuisse visam constet, donec aucta hominum multitudine migrarent ex oriente, terramque Senaar incolerent et construerent civitatem, duce Nembrod deo rebelli, atque ad instar Gigantum diluvio vetustiorum cuncta vi ac imperio administrante, subditosque commovente spretis dei mandatis turrim caelis altitudine parem ex opposito et adversus eum erigere. Qua de causa scriptura inquit: „hic incepit Gigas esse super terram," hoc est post priorum Gigantum interitum: hic incepit esse Gigas, primus post eos nefandis sceleribus conspicuus super terram; hic erat Gigas venator coram domino, et ut dicitur deo ex adverso oppositus. Babylone vero ex sacris dei eloquiis ante diluvium nusquam existente, utique Chaldaeorum regnum ante Nembrod tyrannidem et turris molimen praeextitisse non asseretur. Nec minus istis Manethonis commentaria de rebus ante diluvium gestis et de Aegyptiorum principatibus falsitatis arguuntur;

συνιστῶν, ἤγουν οἱ τῶν Χαλδαϊκῶν καὶ οἱ τῶν Αἰγυπτιακῶν συγγραφεῖς, θάτερος οὐ μέμνηται οὐδὲ συνιστᾷ ὁ τῶν Αἰγυπτιακῶν τὰ τῶν Χαλδαϊκῶν, περὶ αὐτοὺς, ὥς φασι, ψευδόμενοι γεγονότα, οὐδ᾽ ὁ τῶν Χαλδαϊκῶν τὰ τῶν Αἰγυπτιακῶν, ἀλλ᾽ ἕκαστος τὸ ἴδιον ἔθνος καὶ τὴν πατρίδα δοξάζων ἀράχνας ὑφαίνει· ἔπειτα καὶ ἐκ τοῦ πρώτου τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ τοῦ Μεστρὲμ τοῦ δευτέρου υἱοῦ Χὰμ, κατὰ τὴν γραφὴν, θείου δὲ τοῦ Νεβρὼδ υἱοῦ
P. 38 *Χοῦς υἱοῦ Χὰμ τοῦ πρώτου, κατοικισθῆναι καὶ βασιλευθῆναι, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἕως τοῦδε τοῦ χρόνου παρ᾽ Ἑβραίοις καὶ Σύροις καὶ Ἄραψι οὕτω καλεῖται ἡ χώρα Μεστραία, καὶ τοῦτο πᾶσίν ἐστιν ἱστορικοῖς πρόδηλον, εἰ καὶ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ὥσπερ τὰ τῆς Χαλδαϊκῆς, οὕτω καὶ τὰ τῆς Αἰγυπτιακῆς δυναστείας ψευδηγορήματα στοιχειῶσαι ἠξίωσαν πάντα ψεύδη πεφυκότα, ὡς ἡ ἀλήθεια μόνη ἀπέδειξεν, ἧς οὐδὲν ἰσχυρότερον. τούτων οὖν οὐ περιττῶς οἶμαι διασαφισθέντων ἀκόλουθόν ἐστιν Ἀβυδηνοῦ τε καὶ Ἀπολλοδώρου μικρὰ κεφάλαια περὶ τῶν αὐτῶν παρα-*
B *θέντας, ἔτι δὲ καὶ Μανεθῶ πρὸς τελείαν ἀπόδειξιν τῆς ἐκείνων ἀνατροπῆς, καὶ ἵνα μή τις ἐκεῖνα ζητῶν ἀναγνῶναι τὰ συγγράμματα περὶ πολλὰς ἀσχολοῖτο βίβλους, πέρας ἐπιθεῖναι τῷ περὶ αὐτῶν λόγῳ, καὶ οὕτω τῆς λοιπῆς κατὰ δύναμιν ἱστορίας ἐπιλαβέσθαι. λέγει γὰρ ὁ Ἀβυδηνὸς συνᾴδων μὲν, οὐκ ἐν πᾶσι δὲ, τῷ Ἀλεξάνδρῳ·*

3. *τὰ τῶν* A. *καὶ τῶν* G. 6. *ἔπειτα* A. *ἐπεὶ* G. 7. *δὲ τοῦ νεβρὼδ* A. *δὲ Νεμβρὼδ* G. 9. *τοῦ* add. A. 10. Vulgo *Μεστραῖα.* 13. *ψεύδη*] *ψεύδει* m. 15. *Ἀβυδηνοῦ* m. *Ἀβυδινοῦ* G. 17. *ἔτι δὲ καὶ* A. *καὶ* om. G. *τελεῖαν* A. *τὸ λεῖαν* G. 21. *Ἀβυδηνὸς*] Vulgo *Ἀβυδινός*.

primo quidem quod utrique scriptores sibi propria confirmaturi, Chaldaei scilicet et Aegyptii, nec meminerunt, nec probant, hi quidem res Chaldaicas, quasi mendaciter, ut aiunt, conscriptas, neque Chaldaei, quae spectant Aegyptios, qui dum proprium genus ac suam quique patriam laudant, leves aranearum telas inutiliter contexere videntur; quandoquidem ex quo, ita testante scriptura, a Mestrem filio Cham secundo, Nembrod filii Chus (qui fuit Cham primogenitus) patruo, Aegyptus primum habitata est, et regni nomen accepit; ad hoc etiam usque tempus, nullo ex Historicis istius modi ignaro, ab Hebraeis, Syris et Arabibus regio vocatur Mestraea; qua ratione licet, cum hi qui res Chaldaicas, tum illi qui Aegyptiorum Dynastias scriptis consignarunt, tot fabulis ac paene puris mendaciis narrationes suas potuerint inspergere penitus ignorem, illa vero sola veritas, qua fortius nihil hucusque convicit. His itaque non superflue, reor, declaratis, consequens est Abydeni et Apollodori, nec non et Manethonis paucis quibusdam capitibus, ad confutationis eorum faciliorem demonstrationem in medium allatis, ne quispiam eorumdem legendi studiosus circa plures libros distrahatur, finem demum de ipsis habito sermoni imponere, atque reliquam pro viribus historiam aggredi. Alexandro quippe, quamvis non in cunctis, concinens Abydenus, ait.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΒΥΔΗΝΟΥ.

Περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων βασιλείας.

Χαλδαίων μὲν τῆς σοφίης πέρι τοσαῦτα βασιλεῦσαι δὲ τῆς C *χώρας πρῶτον λέγεται Ἄλωρον, τὸν δὲ ὑπὲρ ἑωυτοῦ λόγον διαδοῦναι ὅτι μιν τοῦ λεῶ ποιμένα ὁ θεὸς ἀποδεῖξαι. βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα. σάρος δέ ἐστιν ἑξακόσια καὶ τρισχίλια ἔτεα, νῆρος δὲ ἑξακόσια, σῶσσος δὲ ἑξήκοντα. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀλάπαρον ἄρξαι σάρους τρεῖς, μεθ' ὃν Ἀμίλλαρος ἐκ πόλεως Παντιβίβλιος ἐβασίλευσε σάρους ιγ'. ἐφ' οὗ δεύτερον Ἀννήδωτον τὴν θάλασσαν ἀναδῦναι παραπλήσιον Ὠάννῃ τὴν ἰδέαν ἡμιδαίμονα. μεθ' ὃν Ἀμμένων ἐκ Παντιβίβλων ἦρξε σάρους ιβ'. μεθ' ὃν Με-* D *γάλαρος ἐκ Παντιβίβλων ἦρξε σάρους ὀκτωκαίδεκα· εἶτα Δαῶς ποιμὴν ἐκ Παντιβίβλων ἐβασίλευσε σάρους δέκα, ἐφ' οὗ δ' διφυεῖς γῆν ἐκ θαλάσσης ἀνέδυσαν, ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα, Εὐέδωκος, Ἐνεύγαμος, Ἐνεύβουλος, Ἀνήμεντος. ἐπὶ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα Εὐεδωρέσχου Ἀνώδαφος. μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν καὶ Σίσουθρος ἐπὶ τούτοις, ὡς τοὺς πάντας εἶναι βασιλεῖς δέκα, ὧν*

1. *Αβυδηνοῦ* m. *ΑΒΤΔΙΝΟΤ* G. 3. *πέρι* Scaliger p. 5. *περὶ* G. 4. *λέγεται* Scaliger. *λέγων* A. *λέχει* G. 5. *μιν τοῦ λεῶ* Scaliger. *μὴν τοῦ λεῶς* G. 8. *μεθ' ὃν* Scaliger. *μεθ' ὧν* G. *παντιβίβλιος* A, librario semet corrigente, cum prius scripsisset *παντιβίβλιος*. In relicuis locis ubique habet *παντ*—. *Παντιβίβλου* Scaliger. 9. *Ἀννήδοτον* Scaliger constanter. 10. *Ὠάννῃ* Scaliger. *Ὠάννην* G. 11. *μεθ' ὃν* Scaliger. *μεθ' ὧν* G. *ἦρξε* Scaliger. *ἦρξαι* G. *μεγάλανος* A. *Μεγάλαρον* G. 12. *ἦρξε* Scaliger. *ἦρξαι* G. 13. *διφυεῖς* Scaliger. *διφυὲς* G. 15. *Ἐνάβουλος* Scaliger. 16. *Ἀεδωρέσχου* Scaliger. *Ἀνώδαφος* Scaliger. *Ἀνῶ, Δάφος* G. *ὃν* Scaliger. *ὧν* G. *οὓς* m. *ἄλλοι τε*] *ἄλλοι τοὶ τὲ* A. *ἄλλοι δύο τε* anonymus.

EX ABYDENO.

De Chaldaeorum regno.

Et Chaldaeorum quidem sapientia ad huiusmodi culmen adscendit. Regioni vero imperasse primum dicit Alorum populique pastorem a deo se renunciatum famam sparsisse et Saris decem regnasse. Sarus vero tribus millibus et sexcentis annis aestimatur, Nerus sexcentis, Sossus sexaginta. Post hunc Alaparum Saris tribus regnasse, cui successit Amillarus ex urbe Pantibibli, regnavitque Saris tredecim; eius tempore secundum Annedotum semideum Oanni visu quam similem e mari emersisse; hunc excepit Ammenon ex Pantibibliis Sarisque duodecim regnum obtinuit, post quem Megalarus item ex Pantibibliis Saris octodecim imperavit: tum Daus ex Pantibibliis pastor Saris decem populum rexit, cuius tempore quatuor animantia duplici natura constantia in terram e mari proruperunt; eorum nomina sunt: Euedocus, Eneugamus, Eneubulus et Anementus. Euedorescho, qui posterior fuit, Anodaphus successit; post quos imperium tenuerunt alii, tum Sisuthrus rex aliis accessit; atque ita reges omnes nu-

ὁ χρόνος τῆς βασιλείας συνῆξε σάρους ἑκατὸν εἴκοσι. καὶ περὶ τοῦ
κατακλυσμοῦ παρόμοια μὲν, οὐκ ἀπαράλλακτα λέγει οὕτως· με-
τὰ Εὐεδώρεσχον ἄλλοι τινὲς ἦρξαν καὶ Σίσιθρος, ᾧ δὴ Κρόνος
προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων Δαισίου ιέ. κελεύει δὲ
πᾶν ὅ τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον ἐν Ἡλιουπόλει τῇ ἐν Σισπό-
P. 39 ροισιν ἀποκρύψαι. Σίσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας εὐθέως
ἐπ' Ἀρμενίης ἀνέπλωε, καὶ παραυτίκα μὲν κατελάμβανε τὰ ἐκ
τοῦ θεοῦ. τρίτῃ δὲ ἡμερέῃ ἐπεὶ ὗων ἐκόπασε, μετίει τῶν ὀρνί-
θων, πείρην ποιεύμενος εἴ που γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν·
V. 31 αἱ δὲ ἐκδεκομένου σφέας πελάγεος ἀμφιχανέος ἀπορέουσαι ὅκῃ
καθορμίσονται παρὰ τὸν Σίσιθρον, ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ'
αὐτὴν ἕτεραι. ὡς δὲ τῇσι τρίτῃσιν ἐτύχεεν, ἀπίκατο γὰρ δὴ πηλοῦ
κατάπλεοι τοὺς ταρσοὺς, θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσι, τὸ
B δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα καὶ τοῖσιν
ἐπιχωρίοις παρείχετο. ἰδοὺ δὴ καὶ οὗτος ἐξηλλαγμένῃ τινὶ φράσει
τὰ Μωυσαϊκὰ παραχαράξας χρόνον φησὶ κεχρηματικέναι τῷ Νῶε,
ἤτοι Ξισίθρῳ, τῷ παρ' αὐτοῖς οὕτω καλεῖσθαι συμφωνηθέντι,
τοῦ Κρόνου πολλοῖς ἔτεσι μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, ὡς δειχθήσε-

3. „Conf. Cyrillus contra Iulian I, 1. et Euseb. Praep. Evang. IX, 12. qui haec verba de Abydeno referunt." Anonymus. ᾧ m. τὸ G. 4. Δαισίου] Vulgo Δεσίου. Conf. ad p. 30 b. ιέ A. πέμπτῃ ἐπὶ δέκα G. 5. Ηλίου πόλει G. Σισπόροισιν] Conf. ad p. 30 b. 6. ἐπιτελέα A. ἔτη τέλεα G. 7. μὲν] μὴν A. 8. ἐπεὶ ὕων] ἐπιτεύων A. ἔπειτα, ὕων G. 9. πείρην] περιῆν A. 10. ἀπορ-ρεοῦσαι A. ὅκη καθορμίσονται] ὀκεῖκα θορμίσονται A. ὄκηκα θορμίσονται G. 12. αὐτὴν A. αὐτῆσι G. ἕτεραι] ἑταῖραι A. τῇσι] τισὶ A. ἐτύχεεν] Immo ἔτυχε. ἀπίκατο] ἀπείκατο A. 13. μιν] μὲν A.

mero decem sunt, quorum omnium in imperio tempus Sarorum centum et viginti summam componit. De diluvio supra memoratis eadem, nec in ullo disparia subiungit, hoc pacto. Post Euedoreschum regnaverunt alii quidam, ac demum Sisithrus, cui cum Saturnus pluviarum maximam vim decimo quinto mensis Desii fore praenunciasset, quicquid litteris consignatum erat apud Heliopolin Sisparorum abscondi iussit. Sisithrus haec exsecutus in Armeniam confestim navigavit, et exinde quae a deo decreta essent, coniecit. Tertio vero die quo aquarum inundatio remittebatur, quasdam aves emisit, et num terram alicubi aquis exstantem detegeret, explorabat. Illae vero profundis tantum aquarum vorticibus eas excipientibus, exsilientes exinde ad Sisithrum remeant, et retro in arcam reportantur, et post has pariter aliae. Ut vero tertio id fecisset et rem pro voto fuisset consecutus (volucribus nimirum pedibus limo infectis redeuntibus), illico a diis ex hominum conspectu subducitur, ac navigium in Armeniam delatum, amuleta collo suspendenda e tabularum fragmentis suppeditavit indigenis. En quam iste mutato dictionis stilo res a Mose relatas describens, coaevum Noe, hoc est Sisithro una voce sic ab eis nuncupato, tempus denotat: Saturnus autem ille flagitiosus et hominibus infestus, non nisi pluri-

ται, καὶ τὴν πυργοποιίαν γενομένου μοχθηροῦ τινος καὶ ἀλάστορος.

Πρὸς τούτοις καὶ Ἀπολλόδωρος ὁμοίως τούτοις τερατευόμενος οὕτω λέγει· ταῦτα μὲν ὁ Βήρωσσος ἱστόρησε, πρῶτον γενέσθαι βασιλέα Ἄλωρον ἐκ Βαβυλῶνος Χαλδαῖον· βασιλεῦσαι δὲ σάρους δέκα, καὶ καθεξῆς Ἀλάπαρον καὶ Ἀμήλωνα τὸν ἐκ Παντιβίβλων· εἶτα Ἀμμένωνα τὸν Χαλδαῖον, ἐφ᾽ οὗ φησι φανῆναι τὸν μυσαρὸν Ὠάννην, τὸν Ἀννήδωτον, ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς· C ὅπερ Ἀλέξανδρος προλαβὼν εἴρηκε φανῆναι τῷ πρώτῳ ἔτει· οὗτος δὲ μετὰ σάρους τεσσαράκοντα· ὁ δὲ Ἀβυδηνὸς τὸν δεύτερον Ἀννήδωτον μετὰ σάρους εἴκοσιν ἕξ· εἶτα Μεγάλαρον ἐκ Παντιβίβλων πόλεως, βασιλεῦσαι δ᾽ αὐτὸν σάρους ὀκτωκαίδεκα· καὶ μετὰ τοῦτον Δάωνον ποιμένα ἐκ Παντιβίβλων βασιλεῦσαι σάρους δέκα. κατὰ τοῦτον πάλιν φησὶ φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς Ἀννήδωτον τέταρτον τὴν αὐτὴν τοῖς ἄνω ἔχοντα διάθεσιν καὶ τὴν ἰχθύος πρὸς ἀνθρώπους μῖξιν. εἶτα ἄρξαι Εὐεδώραχον ἐκ Παντιβίβλων, καὶ βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. ἐπὶ τούτου φησὶν ἄλλον φανῆναι ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὅμοιον κατὰ τὴν D ἰχθύος πρὸς ἄνθρωπον μῖξιν, ᾧ ὄνομα Ὠδάκων. τούτους δέ

3. *Ἀπολλόδωρος*] Conf. Eusebium I, 1. p. 5. 4. *Βήρωσσος*] Vulgo *Βηρωσσός*. 5. *βασιλέα* A. *βασιλέων* G. *Χαλδαῖον* Scaliger. p. 5. et Eusebius. *Χαλδαίων* G. 6. *Ἀλάπαρον*] „Supra *Αλασπ.*" GOAR. *Ἀμήλωνα*] Almelon dicitur apud Eusebium. 7. *Παντ*--] *παντ*— A constanter: inconstanter Eusebius. 10. Vulgo *Ἀβυδινός*. *τὸν* Scaliger p. 5. *τὸ* G. 11. *Μεγάλαρον*] *Amegalarus* dicitur ab Eusebio. 16. *ἄρξαι*] *ηρξαι* G. quae editio infra bis *ἄρξαι*. *εὐεδώραχον* A. *Εὐεδώρεσχον* G. *Edoranchus* apud Eusebium. 19. *ὠδάκων* A. *Οδάκων* G.

mis, ut dicetur, a diluvio et aedificata turri saeculis in lucis venit consortium.

Ad haec, prodigiis pariter fidem facturus Apollodorus, ita refert. Regum quidem Babylone natorum Alorum primum fuisse narravit Berosus, Saris vero decem regnasse, ac deinceps Alasparum et Amelonem ex Pantibibliis; tum Chaldaeum Ammenonem, cuius tempestate exsecrandum Oannem, et Annedotum illum e mari rubro prodiisse, quem Alexander praeoccupato tempore anno primo, hic autem exactis quadraginta Saris, Abydenus vero secundum Annedotum post Saros viginti sex visum esse affirmant: tum Megalarum ex Pantibibliorum urbe Saris octodecim regnasse, Daonumque ex Pantibibliis pastorem Saris decem in imperio successisse; ac eius, inquit, tempore, quartus Annedotus eadem prioribus forma, humanae nimirum mixta piscis specie, e mari rubro prodiit: addit ille Euedoreschum ex Pantibibliis Saris octodecim tyrannidem adeptum, ac eo moderante alium pristinis parem, (nomen autem erat Odacon) in quo piscis ad hominem una fuit coniunctio, rursum e mari rubro emersisse. Omnes istos cuncta

φησι πάντας τὰ ὑπὸ Ὠάννου κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα κατὰ μέρος ἐξηγήσασθαι. περὶ τούτου Ἀβυδηνὸς οὐδὲν εἶπεν. εἶτα ἄρξαι Ἀμεμψινὸν Χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων· βασιλεῦσαι δὲ αὐτὸν ὄγδοον σάρους δέκα. εἶτα ἄρξαι Ὠτιάρτην Χαλδαῖον ἐκ Λαράγχων, βασιλεῦσαι δὲ σάρους η'. Ὠτιάρτου δὲ τελευτήσαντος τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ξίσουθρον βασιλεῦσαι σάρους ὀκτωκαίδεκα. ἐπὶ τούτου τὸν μέγαν κατακλυσμόν φησι γεγενῆσθαι. ὡς γίνεσθαι ὁμοῦ πάντας βασιλεῖς δέκα, σάρους δὲ ἑκατὸν εἴκοσι.

P. 40 Ταῦτά μοι ἐκ τὰ Χαλδαϊκὰ μεγαλαυχούντων Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος καὶ Ἀβυδηνοῦ καὶ Ἀπολλοδώρου προσενήνεκται πρὸς ἔλεγχον τῆς ἀλόγου καὶ μυθώδους αὐτῶν δόξης καὶ ὠφέλειαν τῶν ἀναγινωσκόντων αὐτούς, καὶ τοὺς ἐπιμαρτυροῦντας αὐτοῖς τῶν ἡμετέρων ἱστορικῶν, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον βλαπτομένους, ὥστε μὴ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις παρ' αὐτῶν ὡς ἀληθέσι. πρόκειται δὲ λοιπὸν καὶ περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων δυναστείας μικρὰ διαλαβεῖν ἐκ τῶν Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου, ὃς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἀρχιερεὺς τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εἰδωλείων χρηματί-
B σας ἐκ τῶν ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν ἱερᾷ φησι διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασι κεχαρακτηρισμένων ὑπὸ Θῶθ τοῦ πρώτου Ἑρμοῦ, καὶ ἑρμηνευθεισῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐκ τῆς ἱερᾶς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν γράμμασιν ἱερογλυφικοῖς, καὶ ἀποτεθέντων ἐν βίβλοις ὑπὸ τοῦ Ἀγαθοδαίμονος

2. Vulgo Ἀβυδινός. 10. Vulgo Ἀβυδινοῦ. 13. βλαπτομένους] δέομαι add. m. 19. Θῶθ] θωὺθ A. 22. Ἀγαθοδαίμονος m. ἀγαθοῦ δαίμονος G.

summatim ab Oanne dicta sigillatim et per partes exposuisse asserit, de quibus nil penitus memorat Abydenus. Eosdem Amempsinus a Laranchis Chaldaeus princeps ordine octavus Saris decem in regno sequutus est; mox Otiartes e Laranchis Chaldaeus Saris octo regnavit; eoque defuncto filius Xisuthrus Saris octodecim sceptra moderatus est; quo imperante, inquit, famosum illud diluvium contigit, adeo ut reges omnes numero decem computentur, quorum aetas ad Sarorum viginti supra centum spatium prorogetur.

Ex Alexandro Polyhistore, Abydeno et Apollodoro absurdae fabulosaeque eorum sententiae confutandae, lectorumque utilitati promovendae a me haec congesta, quo Historicos nostrates eorum dicta suis adiectis calculis confirmantes, atque gravi damno ex eorum lectione afficiendos, ne dictis eorum ceu veris ducantur, deprecer. Reliquum est igitur, ut ex Manethone Sebennyta Ptolemaei Philadelphi tempore profanorum in Aegypto templorum sacerdote de Aegyptiorum principatu pauca quaedam delibemus; quae ipse ex columnis in Seriadica terra positis sacra, ut ait, sermone, notisque arcano sculpturae genere, a Thoth Mercurio primo exaratis, et retro diluvium ex illa sacratiore lingua, figurisque sacro more sculptis, in Graecanicum sermonem traductis, iisdemque ab Agathodaemone

υἱοῦ τοῦ δευτέρου Ἑρμοῦ, πατρὸς δὲ τοῦ Τὰτ ἐν τοῖς ἀδύτοις τῶν ἱερῶν Αἰγύπτου, προσεφώνησε τῷ αὐτῷ Φιλαδέλφῳ βασιλεῖ δευτέρῳ Πτολεμαίῳ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Σώθεος γράφων ἐπὶ V. 32
λέξεως οὕτως.

Ἐπιστολὴ Μανεθῶ τοῦ Σεβεννύτου πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον.

Βασιλεῖ μεγάλῳ Πτολεμαίῳ Φιλαδέλφῳ σεβαστῷ Μανεθῶ C
ἀρχιερεὺς καὶ γραμματεὺς τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερῶν ἀδύτων, γένει Σεβεννύτης ὑπάρχων Ἡλιουπολίτης, τῷ δεσπότῃ μου Πτολεμαίῳ χαίρειν.

Ἡμᾶς δεῖ λογίζεσθαι, μέγιστε βασιλεῦ, περὶ πάντων ὧν ἐὰν βούλῃ ἡμᾶς ἐξετάσαι πραγμάτων· ἐπιζητοῦντί σοι περὶ τῶν μελλόντων τῷ κόσμῳ γίγνεσθαι καθὼς ἐκέλευσάς μοι παραφανήσεταί σοι ἃ ἔμαθον ἱερὰ βιβλία γραφέντα ὑπὸ τοῦ προπάτορος τρισμεγίστου Ἑρμοῦ. ἔρρωσό μοι δέσποτά μου βασιλεῦ.

Ταῦτα περὶ τῆς ἑρμηνείας τῶν ὑπὸ τοῦ δευτέρου Ἑρμοῦ βιβλίων λέγει. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ ἐθνῶν Αἰγυπτιακῶν πέντε ἐν τριάκοντα δυναστείαις ἱστορεῖ τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς D
θεῶν καὶ ἡμιθέων καὶ νεκύων καὶ θνητῶν, ὧν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου μνησθεὶς ἐν τοῖς χρονικοῖς αὐτοῦ φησιν οὕτως „Αἰγύ-

3. ἐπὶ A. ἐκ G. 13. καθὼς ἐκέλευσας m. καθέτος κελεύσας G. παραφανήσεται A. περιφανήσεται G. 16. γραφέντων βιβλίων m. 17. πέντε] „Quaenam sunt illae quinque gentes Aegyptiacae? Fortasse quindecim, nam gentium quindecim nomina illae triginta dynastiae prae se ferunt." Anonymus. 19. Εὐσέβιος] Vid. I, 20. p. 93.

secundi Mercurii filio ac Tati genitore in ipsis Aegypti templorum adytis scripto commendatis, memorato regi Philadelpho Ptolemaeo nominis secundo in libro Sotheos hoc pacto ad verbum scribens exposuit.

AD PTOLEMAEUM
Philadelphum Manethonis Sebennytae epistola.

Ptolemaeo Philadelpho regi magno Augusto Manetho sacerdos et sacrorum per Aegyptum penetralium notarius, genere Sebennyta, urbe Heliopoli, domino meo Ptolemaeo salutem.

De rebus omnibus nobis tuo iussu, rex magne, propositis attente cogitandum est. Hac de causa interroganti tibi de iis quae mundo accident, quaeque ex libris ab primogenitore tuo ter magno Mercurio conscriptis mihi sunt nota, prout imperasti, cuncta manifestabuntur. Vale mihi, domine mi rex.

Haec de secundi Mercurii librorum interpretatione scribit: postmodum vero per Dynastias triginta de gentibus Aegyptiacis quinque, deis, semideis, heroibus et mortalibus ab eisdem vocatis texit historiam, quos et memorat in Chronicis Eusebius Pamphili, dicens. „Deorum et semideorum,

πτιοι δὲ θεῶν καὶ ἡμιθέων καὶ παρὰ τούτοις νεκύων καὶ θνητῶν ἑτέρων βασιλέων πολλὴν καὶ φλύαρον συνείρουσι μυθολογίαν. οἱ γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς παλαιότατοι σεληναίους ἔφασκον εἶναι τοὺς [,τψʹ μηνιαίους τοὺς] ἐνιαυτοὺς ἐξ ἡμερῶν τριάκοντα συνεστῶτας, οἱ δὲ μετὰ τούτους ἡμίθεοι ὥρους ἐκάλουν τοὺς ἐνιαυτοὺς τοὺς ψʹ τριμηνιαίους."

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Εὐσέβιος μεμφόμενος αὐτοῖς τῆς φλυαρίας εὐλόγως συνέγραψεν, ὃν ὁ Πανόδωρος οὐ καλῶς, ὡς οἶμαι, ἐν P. 41 *τούτῳ μέμφεται, λέγων ὅτι ἠπόρησε διαλύσασθαι τὴν ἔννοιαν τῶν συγγραφέων, ἣν αὐτὸς καινότερόν τι δοκῶν κατορθοῦν λέγει, ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλάσεως ἕως τοῦ Ἐνὼχ, ἤτοι τοῦ καθολικοῦ κοσμικοῦ ,ασπβʹ ἔτους οὔτε μηνὸς οὔτε ἐνιαυτοῦ ἀριθμὸς ἡμερῶν ἐγνωρίζετο, οἱ δὲ ἐγρήγοροι κατελθόντες ἐπὶ τοῦ καθολικοῦ κοσμικοῦ χιλιοστοῦ ἔτους συναναστραφέντες τοῖς ἀνθρώποις ἐδίδαξαν αὐτοὺς τοὺς κύκλους τῶν δύο φωστήρων δωδεκαζωδίους εἶναι ἐκ μοιρῶν τριακοσίων ἑξήκοντα, οἱ δὲ ἀποβλέψαντες εἰς τὸν περιγειότερον μικρότερον καὶ εὐδηλότερον τρια-* B *κονθήμερον σεληνιακὸν κύκλον ἐθέσπισαν εἰς ἐνιαυτὸν ἀριθμεῖσθαι, διὰ τὸ καὶ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον ἐν τοῖς αὐτοῖς δώδεκα ζωδίοις πληροῦσθαι ἐν ἰσαρίθμοις μοίραις τξʹ. ὅθεν συνέβη τὰς*

4. *,τψʹ μηνιαίους τοὺς* seclusit Scaliger p. 6. *τοὺς ,τψʹ* in *ἤγουν* mutat m. 6. *ψʹ* delet m. 7. *καὶ ταῦτα — ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ* (p. 41 c.) edidit Scaliger in Notis ad Euseb. p. 408. 8. *εὐλόγως* add. A. *παννόδωρος* A. 11. *ἐπειδὴ* Scaliger. *ἐπειδὰν* G. *ἕως* addidit m. *μέχρι* Scaliger. 12. *,ασπηʹ* Scaliger. 14. *χιλιοστοῦ ἔτους*] *,ανηʹ* Scaliger. 16. *ἐπιβλέψαντες* Scaliger. 17. *τριακοντήμερον* A. 19. *τὸν τοῦ* A. *τὸν* om. G.

nec non apud eos heroum, atque mortalium aliorum regum plurimas et nugaces congerunt et nectunt ad invicem confabulationes. Maiores siquidem eorum lunares, hoc est menstruos ex diebus nimirum triginta conflatos asserebant, qui sequuti sunt semidei annos vocabant horos, trimestresque posuere."

Et haec quidem Eusebius fabulas eorum sugillaturus conscripsit, quem immerito proinde, ut arbitror, Panodorus incusat, quasi scriptorum mentem minus assequutum, quam tamen ipse correcturum se ratus, novum aliud ac inauditum omnino protulit in hunc modum. Ab Adamo condito usque ad Enoch, id est ad communem mundi annum 1282, nondum mensis vel anni dierum numerus innotescebat; egregori vero communi mundi anno 1000 propriis sedibus moti, ac cum hominibus conversati, duorum luminarium periodos signis duodecim ac 360 gradibus coaequari docuerunt; illi ad alium terris vicinum breviorem et notiorem versis obtutibus, lunarem circulum diebus triginta coalescentem pro anno computari, perpetua lege sanxerunt: quod solis circulus per ipsa duodecim signa et pares trecentos sexaginta quinque gradus compleretur. Exinde-

βασιλείας τῶν παρ' αὐτοῖς βασιλευσάντων θεῶν γενεῶν ἓξ ἐν δυναστείαις ἓξ ἔτη ἐν σεληνιακοῖς τριακονθημέροις κύκλοις παρ' αὐτοῖς ἀριθμεῖσθαι· ἃ καὶ συνῆξαν σελήνια α' ͵αϡπε', ἔτη ἡλιακὰ ϡξθ'· ταῦτα δὲ συναριθμούμενα τοῖς πρὸ τῆς τούτων βασιλείας ἡλιακοῖς ͵ανη' ἔτεσι συνάγουσιν ὁμάδα ἐτῶν ͵βκζ'. ὁμοίως δὲ κατὰ τὰς δύο δυναστείας τῶν ἐννέα ἡμιθέων τῶν μηδέποτε γεγονότων ὡς γεγονότων ἔτη σιδ' καὶ ἥμισυ σπουδάζει συνιστᾶν ἀπὸ τῶν ὠνιώρων, C *ἤτοι τροπῶν, ὡς γίνεσθαί φησι σὺν ϡξθ'. ͵αρνγ' καὶ ἥμισυ ἔτη, καὶ συναπτόμενα τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς τῶν θεῶν βασιλείας ͵ανη' ἔτεσι συνάγειν ἔτη ͵βσμβ' ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ.*

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Πανόδωρος τὰς κατὰ θεοῦ καὶ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν Αἰγυπτιακὰς συγγραφὰς συμφωνεῖν αὐταῖς ἀγωνίζεται δεικνύναι μεμφόμενος τὸν Εὐσέβιον, μὴ εἰδὼς ὅτι V. 33 *καθ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἀληθείας ἀποδέδεικται ταῦτα αὐτοῦ τὰ ἀναπόδεικτά τε καὶ ἀσυλλόγιστα, εἴ γε, καθὼς προαποδέδεικται ἡμῖν ἐκ τῆς Γενέσεως, οὔτε Βαβυλὼν ἢ Χαλδαϊκὴ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ οὔτε ἡ Αἴγυπτος πρὸ τοῦ Μεστρὲμ ἐβασιλεύθη, οἶμαι δ' ὅτι οὐδ' ᾠκίσθη, καθὼς ἡ προσηγορία τῆς χώρας ἕως καὶ* D *νῦν κεκράτηκε κατὰ τὴν Ἑβραΐδα Μεστραία λεγομένη καὶ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ ἀντιγράφῳ. Αἴγυπτος γὰρ Ἑλληνιστὶ λέγεται κατά*

Quandoquidem igitur qui diluvio posteriores Abraham praecesserunt, post designatas annorum centurias subiunctumque eisdem numerum prolem primum susceperunt; tempore nimirum in vetustissimo Hebraeorum exemplari quod apud Samaritas etiam num asservatur, a quo septuaginta Interpretum calculus nulla tenus dissentit, quaenam ratio maiores eorum, multo prolixiore vita donatos, ad liberos procreandos citius et non potius signatis apud Septuaginta temporibus festinasse suadebit? Inclinat, ut in eam mentem eamus, humanus ipse sensus, atque ita in ponenda ab Adamo usque ad Abrahamam annorum ratione, praeterquam in tribus circa Iared, receptum a Iudaeis textum, errasse fatendum est, ac eum pariter cuius apud Samaritas est usus, circa eos qui ab Adamo usque ad diluvium scripti sunt penitus incertum; alii namque a diluvio versus Abraham vulgato septuaginta Interpretum calculo consonare noscuntur. Oppositum vero er-

δὲ φαίνεται διημαρτημένως ἔχειν τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκόν. συνάγει γὰρ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς χρόνοις τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Νῶε, ὅπερ οὐδεμία παρίστησιν ἱστορία. εἰ γὰρ κατὰ τὴν Ἰουδαίων γραφὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἔτη τυγχάνει σϟβ', ἔζησε δὲ Νῶε κατὰ τοὺς αὐτοὺς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη τν', δῆλός ἐστι παρατείνας τὴν ζωὴν μέχρι νη' ἔτους Ἀβραάμ. ἔστι δὲ καὶ ἄλλως τὴν ἀτοπίαν συνιδεῖν τῶν παρ' Ἰουδαίοις ἀντιγράφων, ἀπὸ τοῦ τριακονταέτεις ἀναγράψαι τοὺς πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ πεπαιδοποιημένους· ὁπότε οἱ μετὰ τὸν Ἀβραὰμ ἱστοροῦνται πρεσβύτεροι τῶν λ' ἐτῶν ἐπὶ τὴν παιδοποιίαν ἐλθεῖν. πανταχόθεν C τοιγαροῦν τῆς τῶν ο' ἑρμηνείας ἐκ παλαιᾶς, ὡς ἔοικε, καὶ ἀδιαστρόφου Ἑβραίων γραφῆς μεταβεβλῆσθαι συνισταμένης, εἰκότως ταύτῃ καὶ ἡμεῖς κεχρήμεθα κατὰ τὴν παροῦσαν χρονογραφίαν, ὅτε μάλιστα καὶ ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡπλωμένη Χριστοῦ ἐκκλησία ταύτῃ μόνῃ προσέχει τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἀρχῆθεν ταύτῃ χρῆσθαι παραδεδωκότων.

Ἔστι τοίνυν κατὰ τοὺς ο' τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ,βσμβ', τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ α' ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ϡμβ', τὰ πάντα ἔτη ,γρπδ'. κατὰ δὲ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις Ἑβραϊκὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ,αχνς', D ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη σϟβ'.

8. τριακονταετεῖς m. τριακονταέτης G. 13. καὶ om. G. 16. ταύτῃ A. ταύτην B. αὐτῇ G. 19. ἐπὶ τὸ α' ἔτος] ἕως τοῦ πρώτου ἔτους G.

rorem quasi data opera tueri videtur qui penes Iudaeos est memoratus Hebraicus codex. Iisdem enim annis Abraham et Noe copulat ac suppares repraesentat, quod equidem nulla historiarum affirmat auctoritas. Etenim si ex Iudaeis recepto textu a diluvio usque ad Abrahamum anni solummodo 292 interponuntur, Noe vero ex eorum mente diluvio superfuit annis 350, eundem certe ad 58 Abrahae vitam produxisse meridiana luce manifestius est. Alio quoque argumento reperta Iudaicis in exemplaribus absurda sententia convincitur, quod annis 30 solum natos homines ad prolem suscipiendam ante Abraham convolasse, Abraham vero nepotes non nisi annis triginta maiores illi primum laborasse describat. Antiqua igitur septuaginta Interpretum editione, ceu ex incorrupto, ut videtur, Hebraico fonte quondam traducta, per totam hanc Chronographiam passim merito sumus usi, cum maxime quaqua patet universus terrarum orbis dilatata Christi ecclesia receptam eam habeat, et salvatoris nostri apostolorum ac discipulorum eius auctoritate usibus nostris a principio fuerit commendata.

Itaque ab Adamo usque ad diluvium iuxta septuaginta Interpretes anni recensentur 2242; a diluvio usque ad primum annum Abrahae 942, quibus simul iunctis 3184 numerus conflatur. Iuxta Hebraicum exemplar Iudaeis usitatum, ab Adamo usque ad diluvium anni 1656, a diluvio usque ad primum annum Abrahae 292, quorum omnium summa est 1948. Iuxta

τὰ πάντα ἔτη ,αϡμη'. κατὰ δὲ τὸ παρὰ Σαμαρείταις Ἑβραϊκὸν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν ἔτη ,ατζ', ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ϡμβ', τὰ πάντα ὁμοῦ ἔτη ,βσμθ'.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ.

Τῷ ,βψοϛ' ἔτει τοῦ κόσμου ἡ διασπορὰ τῶν οβ' ἐθνῶν γέγονε, Φαλὲκ δὲ ἦν ἐτῶν ε'.

P. 90 V. 72 Τῷ ,βψϟ' ἔτει τοῦ κόσμου Χαναὰν ἐπέβη τοῖς ὁρίοις τοῦ Σὴμ, ἁρπάσας βιαίως τὴν γῆν τὴν ἐσχάτην δοθεῖσαν τῷ Ἀβραάμ.

Τῷ ,βωζ' ἔτει τοῦ κόσμου Ἀρφαξὰδ ἀπέθανε.

Τῷ ,βωλη' ἔτει τοῦ κόσμου, τοῦ δὲ Φαλὲκ ξζ' ἔτει, Καϊνᾶν ἀπέθανε, καὶ οἱ υἱοὶ τοῦ Σὴμ ἐπολέμησαν πρὸς τοὺς υἱοὺς Χὰμ περὶ τῶν ὁρίων τῆς Παλαιστίνης.

Τῷ ,βωμθ' ἔτει τοῦ κόσμου οἱ διασπαρέντες ἤρξαντο κτίζειν πόλεις.

Τῷ ,βϡα' ἔτει τοῦ κόσμου, τοῦ δὲ Φαλὲκ ρλ', ἐγέννησεν ὁ Φαλὲκ τὸν Ῥαγαῦ.

Γενεὰ ιζ'.

B Ῥαγαῦ ἔτη ρλβ' τοῦ κόσμου ,βϡβ'.

Τῷ ,γλγ' ἔτει τοῦ κόσμου Ῥαγαῦ ἐγέννησε τὸν Σεροὺχ τῷ ρλβ' ἔτει αὐτοῦ.

3. τὰ πάντα ὁμοῦ B. ὁμοῦ τὰ πάντα G. 6. ἔτει add. B. 9. τὴν ἐσχάτην] τὴν om. G. 11. ,βλη' B. 19 et 20. ἔτη — Ῥαγαῦ om. B.

Hebraicum, quo Samaritae utuntur, ab Adamo usque ad diluvium anni 1307, a diluvio vero usque ad primum Abrahae anni 942, qui simul collecti sunt 2249.

ANNI MUNDI.

Anno mundi 2776 septuaginta duarum nationum facta est dispersio, porro Phalec erat annorum quinque.

Anno mundi 2790 fines Sem invasit Chanaan, rapta vi terra, quae ultimis temporibus Abrahae donata est.

Anno mundi 2807 Arphaxad mortuus est.

Anno mundi 2838, Phalec vero 67, Cainan vita functus est. Porro filii Sem de terminis Palaestinae decertantes in filios Cham bellum gesserunt.

Anno mundi 2849 homines per orbem dispersi civitates aedificare coeperunt.

Anno mundi 2901, cum esset Phalec annorum 130, genuit Ragau.

Generatio XVII.

Ragau anni 132 a mundi 2902 incipiunt.

Anno mundi 3033 Ragau genuit Seruch, anno aetatis 132.

Γενεὰ ιη'.

Σεροὺχ ἔτη ρλ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γλδ'.

Τῷ ,βψος' ἔτει τοῦ κόσμου οἱ Χαλδαῖοι πρῶτοι ἀνηγόρευσαν ἑαυτοὺς βασιλεῖς, ὧν πρῶτος Εὐήχιος, ὁ παρ' ἡμῖν Νεβρὼδ, ἐβασίλευσε Βαβυλῶνος ἔτη ϛγο'. C

Χαλδαίων β' ἐβασίλευσε Χωμάσβηλος ἔτη ζ‿. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βψπβ'.

Χαλδαίων γ' ἐβασίλευσε Πῶρος ἔτη λε'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βψϟ.

Χαλδαίων δ' ἐβασίλευσε Νεχούβης ἔτη μγ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βωκε'.

Χαλδαίων ε' ἐβασίλευσε Νάβιος ἔτη μη'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βωξη'.

Χαλδαίων ϛ' ἐβασίλευσεν Ὀνίβαλλος ἔτη μ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βϡμϛ'. D

Χαλδαίων ζ' ἐβασίλευσε Ζίνζηρος ἔτη μϛ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βϡνϛ'.

Ἕως τοῦ σκε' διήρκεσεν ἡ μετὰ τὴν διασπορὰν τῶν ζ' Χαλδαίων βασιλέων ἀρχὴ, ἀπὸ τοῦ ,βψος' κοσμικοῦ ἔτους ἕως τοῦ

Post 2 in marg. AB est *Χαλδαίων βασιλεῖς μετὰ τὸν κατακλυσμόν. πρῶτος νεβρώδ*, quae in textum intulit G, *Νεμβρώδ* scripto. 4. *ἑαυτοῖς* B. *Εὐήχιος*] *εὐήχοιος* AB. *Εὐήχοος* G. *Νεμβρὼδ* G constanter. 5. *γο'* (⅓) AB. *γο'* G. delet m. 6. *Χωμάσβηλος*] Legebatur *Χοσμάσβολος. χοσμάσβηλος* B. *ζ‿*] *ζ μετὰ ἡμίσεως* G. 12. *ναβιὸς* B. *Ἄβιος* G. *ἦν ἔτος* B. *ἔτος ἦν* A. *ἔτος* om. G. 14 et 16. *δὲ* om. B. 15. *βϡμϛ'* B. *βϡνϛ'* G. *βϡιϛ'* m. 16. *ζίνζηρος* B. *Ζίνζιρος* G. *μϛ'* B. *με'* G. 18. *τοῦ*] *τούτου* B. 19. *βασιλέων ἀρχὴ* B. *βασιλεία. ἄρχει* G. *ἕως—ἔτους* om. B.

GENERATIO XVIII.

Seruch anni 130 a mundi 3034.

Anno mundi 2776 Assyrii reges se primi renunciaverunt, quorum Primus et celeberrimus fuit Evechios, qui nobis Nembrod, et regnavit in Babylone annis sex.

Chaldaeorum secundus rex Chosmasbolus annis 7 cum medio, anno mundi 2782.

Chaldaeorum tertius rex Porus annis 35, anno mundi 2790.

Chaldaeorum quartus rex Nechubes annis 43, anno mundi 2825.

Chaldaeorum quintus rex Abius annis 48, anno mundi 2868.

Chaldaeorum sextus rex Oniballus annis 40, anno mundi 2916.

Chaldaeorum septimus rex Zinzirus annis 45, anno mundi 2956.

Floruit post nationum dispersionem Chaldaeorum regum septem imperium annis 225, coepit 2776 mundi anno, desiit 3000. A ter millesimo pri-

,γ' κοσμικοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ ,γα' κοσμικοῦ ἔτους διεδέξαντο τὴν Χαλδαίων βασιλείαν Ἄραβες ἐπὶ ἔτη σιε', βασιλεῖς ς', ἕως τοῦ ,γσιε' κοσμικοῦ ἔτους, ὧν ὁ χρόνος ὡς ὑποτέτακται.

P. 91 Τῷ ,βψος' ἔτει τοῦ κόσμου ὁ πρῶτος οἰκήσας τὴν Μεστραίαν χώραν, ἤτοι Αἴγυπτον, ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ πρῶτος ἔτη λε'.

Αἰγύπτου τῆς πάλαι Μεστραίας βασιλέων ἔτη.

α' Μεστραῒμ ὁ καὶ Μήνης ἔτη λε'.

V. 73 Αἰγύπτου δεύτερος ἐβασίλευσε Κουρώδης ἔτη ξγ'. τοῦ δὲ κόσμου
B ἦν ἔτος ,βωια'.

Αἰγυπτίων τρίτος ἐβασίλευσεν Ἀρίσταρχος ἔτη λδ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βωοδ'.

Αἰγυπτίων τέταρτος ἐβασίλευσε Σπάνιος ἔτη λς'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,β϶η'.

Αἰγυπτίων βασιλέων β', ε' καὶ ς', ἀνεπιγράφων ἔτη οβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,β϶μδ'.

Αἰγυπτίων ζ' ἐβασίλευσεν ὁ Σέραπις ἔτη κγ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γις'.

C Αἰγυπτίων η' ἐβασίλευσε Σεσόγχωσις ἔτη μθ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γλθ'.

4. Μεστραΐμ praefixit G. Τίνες διεδέξαντο τῶν Χαλδαίων βασιλείαν margo A. 7. βασιλεῖς G. 8. Μήνης m. Μίνης G. ἔτη λε' add. ABm. om. G. Praeterea τοῦ δὲ κόσμου ἔτη ,βψος' add. m. 9. κουρώδης B. Κουρουδὴς G. 15. βασιλέων β' ε' καὶ ς' B. δύο βασιλέων ε'. ς' G. 16. 18 et 20. ἦν om B. 16. ἔτος om. G. 17. ὁ Σέραπις] ὠσιροπὶς B.

mo Chaldaeorum imperium collegerunt Arabes, quorum reges sex obtinuerunt illud annis 215 usque ad mundi 3215, quorum regnum, ut proprio loco sequetur, duravit.

Anno mundi 2776 primus Mestraeam regionem, id est Aegyptum, incoluit et in ea primus regnavit Mestraim annis 35.

Aegypti quondam Mestraeae regionis reges et eorum anni.

Primus Mestraim, qui et Menes, annis 35, anno mundi 2776.
Aegypti secundus rex Curudes annis 63, anno mundi 2811.
Aegyptiorum tertius rex Aristarchus annis 34, anno mundi 2874.
Aegyptiorum quartus Spanius annis 36, anno mundi 2908.
Quinti et sexti duorum Aegypti regum absque nomine anni 72, anno mundi 1944.
Aegyptiorum septimus rex Serapis annis 23, anno mundi 3016.
Aegyptiorum octavus rex Sesonchosis annis 49, anno mundi 3039.

Αἰγυπτίων θ' ἐβασίλευσεν Ἀμενέμης ἔτη κθ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γπη'.

Θηβαίων βασιλεῖς.

Ἀπολλόδωρος χρονικὸς ἄλλην Αἰγυπτίων τῶν Θηβαίων λεγομένων βασιλείαν ἀνεγράψατο βασιλέων λη', ἐτῶν ,αος'. ἥτις ἤρξατο μὲν τῷ ,βϡ' ἔτει τοῦ κόσμου, ἔληξε δὲ εἰς τὸ ,γμε' ἔτος τοῦ κόσμου, ὧν τὴν γνῶσιν, φησὶν ὁ Ἐρατοσθένης, λαβὼν Αἰγυπτιακοῖς ὑπομνήμασι καὶ ὀνόμασι κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παρέφρασεν οὕτως·

Θηβαίων βασιλέων τῶν μετὰ ,αρκδ' ἔτη τῆς διασπορᾶς λη' βασιλειῶν. D

α' ἐβασίλευσε Μήνης Θηβινίτης Θηβαῖος, ὃ ἑρμηνεύεται αἰώνιος· ἐβασίλευσεν ἔτη ξβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,βϡ'.

β' Θηβαίων δεύτερος ἐβασίλευσεν Ἀθώθης υἱὸς Μήνεως ἔτη νθ'. οὗτος ἑρμηνεύεται Ἑρμογένης. ἔτος τοῦ κόσμου ,βϡξβ'.

γ' Θηβαίων Αἰγυπτίων τρίτος ἐβασίλευσεν Ἀθώθης ὁμώνυμος ἔτη λβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γκα'.

1. ἀμενεμὴς B. Ἀμενεμῆς G. 6. ,γμε'] ,γϡος' m. 9. οὕτως Bm. οὗτος G. 10. ρκδ' m. ἔτει A. 11. βασιλέων G. βασιλευόντων m. 12. α'] Πρῶτος G. μήνης A. μηνισ B. Μίνης G. Θεινίτης] Legebatur Θηβινίτης. θηνίτης B. Thynites Eusebius p. 95. αἰώνιος Iablonskius apud Vignolium II. p. 736. Legebatur Διόνιος. διώνιος B. 14. β' om. G. μήνεως B. Μίνεως G. 15. ἔτους A. 16. γ' om G. 17. ἦν om. B.

Aegyptiorum nonus rex Amenemes annis 29, anno mundi 3088.

Thebaeorum reges.

Apollodorus annalium scriptor Aegyptiorum, qui Thebaei dicuntur, aliud descripsit regnum regum videlicet 38, quorum imperium annis 1076 duravit. Coepit porro anno 2900, desiitque mundi 3976, quorum, inquit, notitiam cum ex Aegyptiacis commentariis per singula nomina collegisset Eratosthenes, cuncta Graecis litteris regio iussu hoc pacto exposuit.

Thebaeorum 38 regum post annum dispersionis 124 imperantium.

Primus regnavit Mines Thebinites Thebaeus, qui Dionius exponitur; regnavit annis 62, anno mundi 2900.

Thebaeorum secundus regnavit Atheus, filius Minis, annis 59, anno mundi 2962. Hic exponitur Hermogenes.

Thebaeorum Aegyptiorum tertius rex Atheus eiusdem nominis annis 32, anno mundi 3021.

P. 92 ## Ἀράβων βασιλεῖς.

Ἀράβων βασιλέων τῶν μετὰ τοὺς ϛ' Χαλδαίων βασιλεῖς, ὧν πρῶτος Μαρδοκέντης ἐβασίλευσεν ἔτη με'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γα'.

β' Ἀράβων δεύτερος ἐβασίλευσε Μαρδακὸς ἔτη μ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γμα'.

γ' Ἀράβων τρίτος ἐβασίλευσε Σισιμόρδακος ἔτη κη'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γπϛ'.

δ' Ἀράβων τέταρτος ἐβασίλευσε Νάβιος ἔτη λζ'. τοῦ κόσμου ἦν ἔτος ,γριδ'.

ε' Ἀράβων πέμπτος ἐβασίλευσε Πάραννος ἔτη μ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γρνα'.

B ϛ' Ἀράβων ἕκτος ἐβασίλευσε Ναβούνναβος ἔτη κε'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γϟα'.

Ἡ τῶν Ἀράβων βασιλεία διαδεξαμένη τὴν τῶν Χαλδαίων διήρκεσεν ἔτη σιε', ἀρξαμένη ἀπὸ τοῦ καθολικοῦ κοσμικοῦ ,γα' ἔτους καὶ λήξασα εἰς τὸ παρὸν ,γσιε'. ταύτην Ἀσσυρίων μα' διεδέξαντο βασιλεῖς, οἳ καὶ ἀρξάμενοι ἀπὸ τοῦ ,γσιϛ' καθολικοῦ ἔτους κόσμου ἔληξαν εἰς τὸ ,δχοε' ἔτος τοῦ κόσμου, διαρκέσαντες ἔτη ὅλα ,αυξ' ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτῶν Βήλου ἕως τοῦ μα' Μακοσκολέρου τοῦ καὶ Σαρδαναπάλλου, ὡς συμφωνοῦσι πολλοὶ τῶν C ἐπισήμων ἱστορικῶν, Πολύβιος καὶ Διόδωρος, Κεφαλίων τε καὶ Κάστωρ καὶ Θάλλος καὶ ἕτεροι.

2. α'. ὧν AB. 4. ,γα' Bm. ,γμα' G. 5. β' Ἀράβων — ἔτος ,γμα' addidi ex B. 7. σισιμόρδακος B. Σισιμέρδακος G. 9. 11 et 13. δ' ε' ϛ' om. A. 13. ναβούνναβος A. Ναβόνναβος G. 14. ,γϟα' B. 20. Θωνοσκονκολέρου m. 21. σαρδαναπάλου Bm. Legebatur Σαρδανάπαλος. 22 et 23. κεφαλίων et θάλλος Bm. Κεφαλλίων et Θάλλως G.

Arabum reges.

Arabum reg[illegible]ost Chaldaeorum reges sex series, quorum
Primus Mardoc[illegible]tes regnavit annis 44, anno mundi 3001. . . . .
3. Arabum 3 regnavit Sisimardacus annis 28, anno mundi 3086.
4. Arabum 4 regnavit Nabius annis 37, anno mundi 3114.
5. Arabum 5 regnavit Parannus annis 40, anno mundi 3151.
6. Arabum 6 regnavit Nabonnabus annis 25, anno mundi 3191.

Arabum regnum Chaldaico succedens viguit annis 215, a communi mundi anno 3001 principium habuit et eo, de quo sermo est, 3215, desiit. Arabas exceperunt in imperio Assyriorum reges 41, summam potestatem anno 3216 adepti, et 4675 amiserunt, cum illud tenuissent annis integris 1460 a primo eorum Belo usque ad Macoscolerum, qui primus supra quadragesimum extitit, et Sardanapalus, prout plerique nobiles historici Polybius, Diodorus, Cephalion, Castor, Thallus et alii testantur, dictus est.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ. V. 74

Γενεὰ ιθ'.

Ναχὼρ ἔτη οθ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γρξδ'.

Εὐσέβιος τῷ ,γρπδ' ἔτει τοῦ κόσμου φησὶ τὸν Ἀβραὰμ γεννηθῆναι. σφάλλεται ὁ Εὐσέβιος ἐν τοῖς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἀβραὰμ χρόνοις τὰ ρλ' ἔτη τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν μὴ στοιχειώσας υἱοῦ Ἀρφαξὰδ, ὃν οἱ ο' ἀριθμοῦσι, καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον ιγ' ἀπὸ Ἀδάμ.

Ἀφρικανὸς ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ,γσβ' D ἐπελογίσατο. σφάλλεται δὲ καὶ οὗτος τὰ αὐτὰ ρλ' ἔτη τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν υἱοῦ Ἀρφαξὰδ, ὑφαιρουμένων τῶν κ' ἐτῶν τοῦ Μαθουσάλα, ἅτινα προσομοίως τῷ Εὐσεβίῳ καὶ οὗτος.

[Τῷ ,γρπδ' ἔτει τοῦ κόσμου.]

Τῷ οθ' αὐτοῦ ἔτει ὁ Ναχὼρ ἐγέννησε τὸν Θαρά.

Γενεὰ εἰκοστή.

Θαρὰ ἔτη ο'. τοῦ κόσμου ἦν ἔτος ,γσμγ'.

Κατὰ Ἀφρικανόν. P. 93

Τῷ ,γσοζ' ἔτει τοῦ κόσμου ἐπέβη Ἀβραὰμ τῆς ἐπηγγελμένης Χανανίτιδος γῆς, ὅπερ ἀδύνατον πέφυκε.

6. υἱοῦ B. οἱ υἱοῦ G. τοῦ υἱοῦ m. 12. πρὸς ὁμοίως AB. καὶ οὗτος B. καὶ οὕτως G. παρέλιπεν καὶ οὗτος m. 13. Delet m. 14 et 16. Θάρα B. Θάῤῥα G.

ANNI MUNDI.

Generatio XIX.

Nachor anni 79 a mundi 3164 incipiunt.

Eusebius anno 3184 Abraham natum scribit. Signandis ab Adamo usque ad Abraham annis decipitur Eusebius, Cainan filii Arphaxad, quem Septuaginta numerarunt, et evangelium Lucae 13 ab Adamo ponit, centum triginta annis silentio suppressis.

Ab Adamo usque ad primum Abrahae annum recensuit Africanus annos 3202. Fallitur et ipse in recensendis iisdem 130 secundi Cainan, filii Arphaxad, annis (subtractis a Mathusala 20), quos non absimili Eusebio errore praetermisit.

Anno mundi 3184.

Nachor septuagesimo nono aetatis anno genuit Thara.

Generatio XX.

Thara aetatis anni 70 a mundi 3243 decurrunt.

Ex Africano.

Anno mundi 3277 terram Chananitidem sibi promissam ingressus est Abraham. Verum hoc nulla ratione constare potest.

Τῷ ͵γτιβ′ ἔτει τοῦ καθολικοῦ κόσμου, ὅπερ ἦν τῆς ζωῆς Θαρὰ τοῦ πατρὸς Ἀβραὰμ ἔτος ο′, ἐγέννησεν ὁ αὐτὸς Θαρὰ τὸν Ἀβραάμ, ὥς φησιν ἡ γραφὴ, καὶ μετὰ οε′ ἔτη, τοῦτ᾽ ἔστι μετὰ ρμε′ τῆς γεννήσεως Θαρὰ, τῷ ͵γτπζ′ ἔτει τοῦ κόσμου, ἐξῆλθεν Ἀβραὰμ ἐκ Χαρρὰν οε′ ἔτος ἄγων, ὥς φησι πάλιν ἡ γραφή· B ὅτι Ἀβραὰμ ἦν ἐτῶν οε′, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ Χαρράν. εἰ τοίνυν τῷ ο′ ἔτει τοῦ Θαρὰ ἐγεννήθη ὁ Ἀβραὰμ, ὅπερ ἐστὶν, ὡς πρόκειται, ͵γτιβ′ τοῦ κόσμου ἔτει, καὶ τῷ οε′ ἔτει μετὰ τὸ γεννηθῆναι αὐτὸν ἐξῆλθεν ἐκ Χαρρὰν θείᾳ προσκλήσει, φανερόν ἐστιν ὅτι τῷ ρμε′ ἔτει τοῦ Θαρὰ ἐξῆλθεν ἐκ Χαρρὰν, ὅπερ συνάγεται ἔτος ἀπὸ Ἀδὰμ ͵γτπζ′. οὐ γὰρ φαίνεται ἡ γραφὴ τρανῶς φάσκουσα ὅτι μετὰ θάνατον τοῦ Θαρὰ ἐξῆλθεν ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ ἐκ Χαρρὰν, εἰ καὶ τὸν περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Θαρὰ λόγον προτάττει, καὶ οὕτως ἐπάγει τὸ περὶ τῆς ἐξόδου τοῦ Ἀβραάμ· οὕ-C τω τῆς συνεχείας ἀπαιδευτούσης τοῦ λόγου, καὶ τοῦ θεόπτου Μωϋσέως, ὡς οἶδεν ὁ χρηματίζων πρὸς αὐτὸν, οὕτω σοφῶς φθεγγομένου κρείττω ἢ κατὰ ἄνθρωπον· ἐπεὶ κατὰ τοῦτο περιεργούντων ἡμῶν εὑρεθήσεται ἐν πολλοῖς ἡ γραφὴ σφαλλομένη ὑπερβατικῶς λέγουσα τὰ πρῶτα ἔσχατα καὶ τὰ ἔσχατα πρῶτα· ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς εὐλογίαις τῶν τριῶν υἱῶν τοῦ Νῶε ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ

1. τοῦ καθολικοῦ κόσμου B. τοῦ κόσμου τοῦ καθολικοῦ G.
2. Θάῤῥα G p. 93. 94. 95. θάρα constanter B. ἔτος addidi ex B.
5 et infra Χαρὰν G. χαρρὰν B constanter. A modo χαρρᾶν, modo χαρᾶν. 6. ἦν m. δὲ ἦν G. 8. κόσμου ἔτη B.
10. ἔτος B. ἐντὸς G. 15. εὐπαιδευτούσης G.

Anno mundi communi 3312, qui fuit Thara patris Abrahae 70, ipse Thara, prout ait scriptura, genuit Abraham. Et elapso anno 75, hoc est 145 a Thara nato, anno mundi 3387, Abraham aetatis suae 75, eadem scriptura teste, profectus est ex Aran, quia annorum erat 75, cum ex Aran exivit. Abraham quippe ad Tharae annum 70, in mundi 3312, ut praemissum, incidentem, si ponitur natus, et a natalibus 75, deo iubente, ex Aran egressus, certe Tharae anno 145, qui intra 3387 ab Adamo creato concluditur, eum profectum constat. Statim namque a Tharae obitu patriarcham Abraham ex Aran discessisse scriptura non asserit manifesto, quamvis de Tharae obitu sermonem praemiserit, et deinceps de Abrahae exitu narrationem contexat; sermonis enim contextus ac rerum series, ipseque rerum divinarum speculator Moses, (qua ratione novit is, qui ad eum oracula promebat), adeo profunde subtiliterque sublimia quaeque quam possit homo mente consequi loquutus, ad id coniiciendum nos manu ducunt; ex adverso vero curiosius haec indaganti et fidem elevare cupienti, perturbato narrationis ordine, ultima primo, priora postremo ordine scriptura frequentius constituens fraudem et fucum obiicere reperietur; cuius exemplum manifestissimum suggerit in trium filiorum Noe benedictionibus,

τοῦ μέσου υἱοῦ αὐτοῦ Ἰάφεθ, ἐλθοῦσα δὲ εἰς τὸν πρῶτον υἱὸν Σὴμ διὰ μέσου τοῦ Χὰμ, ὃς ἦν ὕστατος· καὶ αὖθις πρὸ τοῦ εἰπεῖν περὶ τῆς συγχύσεως τῶν γλωσσῶν καὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ πύργου, ἡνίκα καὶ Βαβυλὼν κυρίως ἐκλήθη διὰ τὴν σύγχυσιν, εἰρηκυῖα περὶ τοῦ Νεβρὼδ ὅτι καὶ ἐγένετο ἡ ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλών· καὶ ἐν ἄλλοις δὲ πλείοσιν ὑπερβατοῖς εὑρήσεις τὴν γραφὴν χρησαμένην καὶ μηδαμοῦ σφαλλομένην. τὸ γάρ τοι D
παρά τινων ὡς ἄπορον ἡμῖν προτεινόμενον εἰρῆσθαι τῷ θείῳ V. 75
Λουκᾷ ὡς ἐκ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ὅτι „ὁ θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρράν· καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἥν ἄν σοι δείξω. τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων κατῴκησεν ἐν Χαρράν. κἀκεῖθεν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην, εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν P. 94
κατοικεῖτε." καὶ ὅτι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον δυοῖν θάτερον ἀνάγκη εἶναι, ἢ τὸν Ἀβραὰμ γεννηθέντα κατὰ τὸν θεῖον Μωϋσῆν τῷ ο' ἔτει τοῦ Θαρὰ, ὡς ἐν τῷ θανάτῳ αὐτοῦ εἶναι ἐτῶν ρλε' πρὸ τῆς εἰς τὴν Χανανίτιδα γῆν πορείας, ἢ οε' ἔτος ἄγοντα κατὰ τὴν γραφὴν, καὶ μετὰ θάνατον Θαρὰ, πορευθέντα ἐκ Χαρρὰν εἰς γῆν Χαναναίαν κατὰ τὴν τῶν πράξεων ἀψευδῆ γραφὴν καὶ

1. αὐτοῦ] τοῦ G. 3. οἰκοδομίας G. 5. περὶ τοῦ Bm. περὶ τὸν G. Νεβρὼδ] Νεμρὼδ G. 6. δὲ om. G. 9. Λουκᾷ] Actor. VII, 2. 10. ὄντι] ὅτι G. 11. ἐν Bm. ἐκ G. 14. Legebatur μετῴκησεν. 15. νῦν om. B. 18. ὡς delet m. 19. γῆν om. G. ἔτους A.

quibus ille a medio Iapheth prius incipit, et per Cham fratrum postremum ad primum Sem progreditur; eademque rursus, nonnisi de Nembrod ac Babylone, quae regni principium eius fuit, mentione habita, confusionis linguarum aedificataeque turris, ubi propter confusos sermones Babylonis vocabulum sollerter excogitatum, historiam pertexit; ac sexcentis pariter aliis rerum gestarum transpositionibus scripturam invenias usam, nusquam tamen fraudem passam dixeris. Ipsi sane velut urgens dubium opponunt a divino Luca scriptum et Stephani apud eum Iudaeos alloquentis auctoritate firmatum in haec verba: deus gloriae apparuit patri nostro Abrahae, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charan, et dixit ad illum: „exi de terra tua et de cognatione tua et veni in terram, quam monstrabo tibi." Tunc egressus de terra Chaldaeorum habitavit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. Ex sermonis equidem istius contextu e duobus alterum sequi necesse est, aut ex sacri Mosis sententia Thara anno 70 Abraham lucem primum adspexisse, ita ut circa patris obitum ante susceptam in terram Chananitidem profectionem annum 135 attigerit, aut annos 75 natum, scriptura teste, et sublato iam e vivis patre e Charan in Chananaeam provinciam migrasse, quod certior actuum auctoritas et magni

τὸν λόγον τοῦ μεγάλου πρωτομάρτυρος καὶ ἀποστόλου Στεφάνου μὴ εἶναι οε' ἐτῶν, ἀλλ' ρλε', εἴπερ σε' ἐτῶν τέθνηκεν ὁ Θαρά· καὶ κατ' ἄμφω τοὺς τρόπους, εἴτε τὴν Γένεσιν εἴτε τὰς πράξεις, B ὥς φασιν ἐκεῖνοι, σφάλλεσθαι. προστιθέασι δὲ καὶ τὴν λύσιν τῆς ἀπορίας μηδὲν ἔχουσαν ἀληθὲς ἢ πιθανὸν, ὅτι συντομίας χάριν καὶ οὐκ ἀκριβείας εἴρηται τῇ γραφῇ, τῷ ο' ἔτει τοῦ Θαρὰ γεγεννῆσθαι τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Ναχὼρ καὶ τὸν Ἀρρὰν, ὡς τότε ἀρξαμένου γεννᾶν τοῦ Θαρὰ, ἐπεὶ μηδὲ τριδιδύμους αὐτοὺς ἴσμεν.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι καλῶς δῆθεν ἐπαπορήσαντες, ἀπόρως δὲ ἐπιλύσαντες, καὶ ἀλλοτρίως ἀναγκαίας καὶ ἐνδεχομένης ἀποδείξεως· καὶ ἀναγκαίας μὲν ὅτι δεῖ τὰς ἄμφω θείας γραφὰς ὡς θεοπνεύστους ἀληθεύειν, καὶ τῷ ο' ἔτει τοῦ Θαρὰ τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ὁμολογεῖν γεγεννῆσθαι καὶ οε' ἄγειν ἐν τῇ ἀπὸ Χαρρὰν εἰς τὴν Χαναναίαν γῆν παροικίᾳ ἀναγκαίως καὶ ἀραρότως. C τῷ δ' ἀναγκαίῳ συμπεριέχεται καὶ τὸ ἐνδεχόμενον. οὐκοῦν καὶ μετὰ θάνατον τοῦ Θαρὰ οὕτως ἔχειν ἐνδέχεται σαφῶς τοῖς βουλομένοις τὸν γραφικὸν νοῦν θηρᾶσαι προκειμένου, καὶ τὸν ψυχικὸν θάνατον νοοῦσι τεθνάναι πρὸ τοῦ φυσικοῦ, διὰ τὸ πρὸς εἰδωλολατρείαν κεχηνέναι καὶ αἰσχροκερδίαν, εἰδωλοποιὸν ὄντα, καὶ μὴ συμπορεύεσθαι τῷ Ἀβραὰμ, ἀλλ' ἐπὶ τούτῳ μὲν ἐξελ-

5. ἀπορείας G. πειθανὸν B. 7. ἀρρὰν B. Ἀρὰμ G. 12. δεῖ Bm. δὴ G. 14. γεγεννῆσθαι B. γεγενῆσθαι G. 15. τὴν add. B. ἀραρώτως B. 16. τῷ δ' ἀναγκαίῳ B. τὸ δ' ἀναγκαῖον G. συνπεριέχεται AB. 18. θηρᾶσαι A. θηράσαι B. θηρεῦσαι G.

protomartyris et apostoli Stephani testimonium confirmat; adeoque non 75, sed 135 (siquidem Thara anno suae aetatis 205 obiit), Abraham natum opponunt; et alterutro dato sive Genesin, sive apostolorum actus asserunt in errorem lapsos. Verum enim vero propositae dubietatis enodationem, quae nullam cum veritate vel probabili coniectura teneat affinitatem, ipsimet subnectere moliuntur; nimirum brevitatis non certae rationis assignatae gratia positum in scriptura, Thara aetatis suae anno 70, Abraham Nachor et Aram genuisse; ceu qui prolem tunc primum susceperit, non quasi tergemini simul sint ei filii nati.

Et haec quidem illi subtiliter obiiciunt; at minus argute solvunt, quin immo a necessaria probabilive ratione quam aliene. A necessaria, inquam, quia divinas utrinque scripturas verum enunciare necesse est; ac patriarcham Abraham Thara patris anno 70 lucem adspexisse et Charan in Chananaeam provinciam profectum aetatis 75 certo et indubitanter attigisse. Necessaria vero probatio probabilem quoque complectitur. Post obitum igitur Thara hoc ita se habuisse probabili ratione non caret penes eos maxime, qui propositi argumenti secretiorem sensum indagare student atque ante naturalem spiritualem, animae mortem in eo coniectant. Nam cum sculpendi arte peritus simulacris fingendis assuesceret, nec itineris comitem se Abraham adiunxisset, ad idolorum cultum et turpe lucrum in-

θόντα, καθὼς γέγραπται, ὅτι καὶ ἔλαβε Θαρὰ τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Ναχὼρ καὶ τὸν Λὼτ καὶ τὴν Σάρραν καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων τοῦ πορευθῆναι εἰς τὴν τῶν Χαναναίων γῆν· καὶ ἦλθεν ἕως Χαρρὰν καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ· μετα- D *μεληθέντα δὲ στῆναι ἐν Χαρρὰν τῇ κατειδώλῳ, ἕως τοῦ σε΄ ἔτους τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἐν ᾧ καὶ τέθνηκεν. ἐνταῦθα γὰρ μᾶλλον ἡ γραφὴ συνέτεμε τὰ κατὰ τὸν Θαρὰ συνάψασα, τά τε πρὸ τῆς πορείας τοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὴν γῆν Χαναὰν καὶ τὰ μετὰ τὴν πορείαν, ἅπερ ἦν, ὡς δείκνυται, τὰ ἀπὸ τοῦ ρμ΄ ἔτους ἕως τοῦ σε΄ ἔτους τοῦ θανάτου αὐτοῦ. φησὶ γὰρ ὅτι καὶ ἐγένοντο πᾶσαι αἱ ἡμέραι Θαρὰ ἐν Χαρρὰν ἔτη σε΄ καὶ ἀπέθανε Θαρὰ ἐν Χαρρὰν ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὅτι ἐκεῖ διέτριβον ἕως θανάτου. οὐ γὰρ δὴ τὰ σε΄ ὅλα τῆς* P. 95 *ζωῆς αὐτοῦ ἔτη ἐν Χαρρὰν ἐγένοντο. εἶτα ἐπάγει „καὶ εἶπε κύριος τῷ Ἀβραὰμ, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου" καὶ τὰ ἑξῆς, προσδιοριζομένη ὅτι ἦν ἐτῶν οε΄, ὅτε ἐξῆλθεν ἐκ Χαρρὰν Ἀβραὰμ ἑβδομηκοστῷ* V. 76 *ἔτει γεννηθεὶς τοῦ Θαρὰ, ἅτινα ὁμοῦ γινόμενά ἐστιν ρμε΄ τῆς ζωῆς Θαρὰ, ἡνίκα καὶ παρεγένετο ἐν Χαρρὰν εἰς τὴν Χαλδαίων γῆν. οὐ μόνον δὲ ἐντεῦθεν ἡμῖν παρίσταται ὅτι πρὸ τῆς τελευτῆς Θαρὰ εἶπεν ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ ἐξελθεῖν ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων τῷ πρωτομάρτυρι, ὅτι πρὸ τοῦ κατ-*

1. *καὶ* om. G. 2. *σάρραν* B. *Σάρα* G. 3. *πορευθῆναι* B. *πορεύεσθαι* G. 5. *ἕως τοῦ σε΄ ἔτους* B. *ἕως ἔτους σε΄* G. 9. *τοῦ*] *τὸ* A. *ρμ΄*] *ρμε΄* m. 10. *φησὶ*] Genes. XI, 32. 13. *ἐπάγει*] XII, 1. 15. *ἑβδομηκοστῷ ἔτει* B. *ο΄ ἔτη* G. 16. *γινόμενα* B. *γενόμενα* G. 17. *ἐς Χαρρὰν* B. 20. *εἰρημένων*] Actor. VII, 2.

hiasse profitentur atque in eum maxime finem emigrasse; testante scriptura Thara secum sumpsisse Abraham, Nachor, Loth et Saram, ut e Chaldaeorum regione illos educeret et in Chananaeorum terras deportaret, tum in Charan reversum ibi mansisse, processuque temporis in eadem idolis dedita regione primi propositi poenitentem, ad annum usque 205, quo decessit e vita, sedes fixisse. Hic enim praecipue brevitati studuit scriptura et quae profectionem Abraham in terram Chanaan praecedunt et quae subsequuntur, ab anno nempe 145 usque ad mortis eius ducentesimum quintum, ut praemissum est, inclusa, simul in unum contraxit. Ait enim: „et facti sunt dies Thara in Charan annorum ducentorum quinque, et mortuus est in Charan," cum dicere debuisset: et ibi ad obitum usque sunt morati. Nusquam quippe annos 205 in Charan peregit. Subdit autem: dixit dominus Abrahamo: „egredere de terra tua," et quae deinceps. Praemiserat autem Abraham aetatis suae anno septuagesimo quinto e Charan profectum, patre nimirum iam septuagenario natum; illi vero anni simul coacti, centum quadraginta quinque Thara aetatis constituunt, quibus in Charan Chaldaeorum regionem advenit. Neque vero hinc solum ea nobis fides adstruitur, qua deum Abraham iussisse, ut e terra sua egrederetur, sed ex dictis etiam protomartyris credimus: priusquam, inquit, moraretur

B οἰκῆσαι αὐτὸν ἐν Χαρρὰν ὤφθη αὐτῷ ὁ θεὸς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, τοῦτ᾿ ἔστιν ἐν τῇ Χαλδαίων γῇ. οὐκοῦν ὀρθῶς νοηθήσεται μὴ μετὰ θάνατον τοῦ Θαρὰ κεχρηματίσθαι τῷ Ἀβραάμ, ἀλλ᾿ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ ἔτι ὄντι καὶ τῷ θεῷ ἀνακειμένῳ, ἀποστρεφομένῳ τε τὰ τοῦ πατρὸς εἴδωλα, ὡς πολλαχοῦ ἱστορεῖται, ἃ καὶ ἐνέπρησεν ἐν νυκτί, ὥς φασι, καὶ συγκατεκαύθη αὐτοῖς Ἀρρὰν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, σβέσαι θέλων τὸ πῦρ ἐνώπιον τοῦ Θαρά, ὥς φασιν, αἰνιττομένη τοῦτο καὶ ἡ γραφή, ὅτι ἀπέθανεν Ἀρρὰν ἐνώπιον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Θαρὰ ἐν τῇ γῇ ᾗ ἐγεννήθη, ἐν
C τῇ χώρᾳ τῶν Χαλδαίων, ἐν Σοὺρ τῇ πόλει. ὥστε ἐκ πάντων τούτων δείκνυσθαι ἐξελθεῖν μὲν καὶ τὸν Θαρὰ καὶ τοὺς λοιποὺς σὺν τῷ Ἀβραὰμ ἐπαγγελλομένους συμπορευθῆναι εἰς γῆν Χαναάν, ὥς φησιν ἡ γραφή, ταῖς παραινέσεσι δηλονότι νοούντων ἡμῶν τοῦ πατριάρχου Ἀβραάμ· ἐν Χαρρὰν δὲ ἐλθόντας τῇ μέχρι τοῦ νῦν κατειδώλῳ κατοικῆσαι ἐκεῖ δι᾿ αἰσχροκερδίαν καὶ εἰδωλομανίαν, καὶ οὕτω τὸν Ἀβραὰμ ὁρῶντα αὐτοὺς τεθνηκότας κατὰ ψυχὴν καὶ μὴ βουλομένους συγκληρονομῆσαι αὐτῷ τὰς θείας ἐπαγγελίας, ἀπιστοῦντας θεῷ μετοικισθῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ μετὰ θάνατον τοῦ πατρός, τὸν ψυχικὸν δηλαδή, εἰς τὴν γῆν τῆς
D ἐπαγγελίας. οὕτω γὰρ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν νεκροὺς οἶδε τοὺς μὴ πιστεύοντας αὐτῷ, κἂν ζῶσι τὴν πρόσκαιρον ζωήν, ὥς πού

2. τῇ Χαλδαίων] τῇ om. B. 3. κεχρηματεῖσθαι AB. 8. ὅτι B. ὅτι καὶ G. 10. σοῦρ AB. ὥστε καὶ ἐκ G. 12. χαναᾶν AB. Χαῤῥὰν G. 17. αὐτῷ B. αὐτοὺς G. 18. μετοικησθῆναι B. 19. τῆς add. B. 20. οἶδεν ABm. οἶδας G. 21. αὐτῷ κἂν ζῶσι B. αὐτόν, καὶ ζῶσιν G.

In Charan, apparuit ei deus in Mesopotamia, id est, in Chaldaeorum terra. Colligitur itaque rectissime divinum oraculum, sublato iam e vivis Thara non fuisse Abrahae manifestatum, verum cum adhuc paterni soli foret incola, dei mancipatus obsequio, atque a paternis idolis, prout historiae sacrae passim narrant, totis affectibus aversus; quae quidem, aiunt, noctu subiecto igne combussit, eorumque incendio, frater Aran flammas exstincturus sub paternis obtutibus absumptus est, subindicante hoc scriptura, cum ait: Aran in terra in qua natus est, in civitate Sur Chaldaeorum regionis, in patris Thara conspectu mortem oppetiit. Ex quibus omnibus liquet, Thara reliquosque ad quos pollicita divina spectabant, in regionem Charan iuxta scripturae dicta progressos, maxime si, quantum suasibus et hortatibus ad profectionem eos impulerit patriarcha Abraham, diligenter perpendamus. In Charan vero regionem utique in simulacrorum cultum insanientem profectos, ex vesana turpis lucri colligendi simulacraque colendi cupiditate, habitasse, illisque in hunc modum secundum animam mortuis, divinaque pollicita secum adire detrectantibus atque eius praeceptis obsequi renuentibus, Abrahamum a deo, patre iam animae vita privato, in promissionis terram evocatum. Dominus enim ipse incredulos, hac licet vita fruentes, mortuos vocare nonnullo loco novit: „sine," inquit, „mortuos

φησιν, ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν κατὰ δύναμιν νενόηται πρὸς λύσιν τῆς προταθείσης ἀπορίας, ὡς ἂν ἡ τῆς Γενέσεως καὶ τῶν πράξεων βίβλος σύμφωνος εἴη ἐκ τοῦ αὐτοῦ θείου πνεύματος ὑπαγορευθεῖσαι ἑκάτεραι καὶ ἐν μηδενὶ τῆς ἄλλης διαφέρουσα κατὰ τὴν ἀλήθειαν. εἰ δέ τινι φίλον ἄλλην τινὰ συμφωνοτέραν ἔννοιαν ἐφευρεῖν πρὸς τὴν προκειμένην ἀπορίαν, ταύτῃ καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα χάριν τῆς ὀνήσεως ὁμολογήσοντες.

Αἰγυπτίων βασιλεῖς. P. 96

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ι' Ἄμασις ἔτη β'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ‚γριζ'.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ια' Ἀκεσέφθρης ἔτη ιγ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ‚γριθ'.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιβ' Ἀγχορεὺς ἔτη θ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ‚γρλβ'.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιγ' Ἀρμιϋσῆς ἔτη δ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ‚γρμα'.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιδ' Χαμοΐς ἔτη ιβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ‚γρμε'.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιε' Μιαμοὺς ἔτη ιδ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν B ἔτος ‚γρνζ'.

2. ἡμῖν ABm. ἡμῶν G. προτεθείσης G. 3. βίβλος om. G. 4. ἑκάτερον G. 7. ὠνήσεως B. 10. Αμωσις m. 14. Αχορεὺς G. 16. ἀρμινσὴς B. 18. χαμόις A. 20. In marg. AB annotatum εὐσέβιός φησιν ὅτι παρ' αἰγυπτίοις ἐτύγχανεν ις' δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευσαν θηβαῖοι ἔτη ρξ', ἐν τισι δὲ ἀντιγράφοις ρϟ', νίνου βασιλεύοντος ἀσσυρίου (Ἀσσυρίας Bredovius). 20 et 21. in marg. scripta habet A. 20. μιαμοὺς (μιαμοῦς A.) ἔτη ιδ' B et in margine A. Αμεσίσης ἔτη ξε' G et A in textu. 21. ‚γρνζ Bm et A in margine. ‚γροα' G et A in textu.

sepelire mortuos suos." Et haec quidem dubii propositi solutionem allatura Minerva nostra excogitavit: ut utrinque Geneseos et actuum scriptura divino spiritu dictata sibimet consona, nec in apice a semet ipsa discrepare convincatur. Porro si cuiquam alteri memoratam difficultatem congruentiore commento dissolvere sit animus, illi nos quoque communis utilitatis gratia assensuros profitemur.

Aegyptiorum reges.

Aegyptiorum rex 10 Amasis annis 2, anno mundi 3117.
Aegyptiorum rex 11 Acesephthres annis 13, anno mundi 3119.
Aegyptiorum rex 12 Achoreus annis 9, anno mundi 3132.
Aegyptiorum rex 13 Amiyses annis 4, anno mundi 3141.
Aegyptiorum rex 14 Chamois annis 12, anno mundi 3145.
Aegyptiorum rex 15 Amesises annis 65, anno mundi 3157.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιϛʹ Ἀμεσῆσις ἔτη ξεʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γροαʹ.

C *Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιζʹ Οὔσης ἔτη νʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γσλϛʹ.*

V. 77 *Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιηʹ Ῥαμεσὴς ἔτη κθʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γσπϛʹ.*

Θηβαίων βασιλεῖς.

Θηβαίων ἐβασίλευσε δʹ Διαβιῆς υἱὸς Ἀθώθεως ἔτη ιθʹ. οὗτος ἑρμηνεύεται φιλέταιρος· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γνγʹ.

Θηβαίων ἐβασίλευσε εʹ Πεμφῶς υἱὸς Ἀθώθους, ὅ ἐστιν Ἡρακλείδης, ἔτη ιηʹ· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γοβʹ.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ϛʹ Τοιγαράμαχος Μομχειρὶ Μεμφίτης ἔτη οθʹ. οὗτος ἑρμηνεύεται τῆς ἀνδρὸς περισσομελής· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γϞʹ.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ζʹ Στοῖχος υἱὸς αὐτοῦ, ὅ ἐστιν Ἄρης ἀναίσθητος, ἔτη ϛʹ· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γρξθʹ.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ὄγδοος Γοσορμίης, ὅ ἐστιν Ἐτησιπαντὸς, ἔτη λʹ· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γροεʹ.

1. *ιϛʹ ἀμεσῆσις ἔτη ξεʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γροαʹ* B. *ιϛʹ*, reliquis omnibus omissis A. *ιϛʹ .... ἔτη ιδʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γσκβʹ* G. 3. *οὔσης* B. *Οὔση* G. 8. *διαβιὴς* B. *ἀθώθεως* B. *Ἀθώσεως* G. 9. *φιλέτερος* AB. *φιλέστερος* G. *Φιλεταῖρος* Scaliger p. 18. 10. *πεμφὼς* B. *Σεμφῶς* Iablonskius apud Vignolium II, p. 739. 12. *τοιγαράμαχος* B. *τοιγὰρ ἄμαχος* A. *Τοῖγαρ Ἄμαχος* G. 13. *τῆς ἀνδρὸς*] *Τίσανδρος* Scaliger p. 18. proximo vocabulo omisso. Vulgo *περισσομέλης*. 15. *στοίχος* B. *ὁ υἱὸς* G. 16. *Ἄρης*] *ἄρις* Iablonskius. 18. *αἰτήσι παντὸς* B.

Aegyptiorum rex 16 . . . . . annis 14, anno mundi 3222.
Aegyptiorum rex 17 Use annis 50, anno mundi 3236.
Aegyptiorum rex 18 Rameses annis 29, anno mundi 3286.

Thebaeorum reges.

Thebaeorum rex 4 Diabies, filius Athosis, qui dicitur Humanior, annis 19, anno mundi 3053.

Thebaeorum rex 5 Pemphos, filius Athothi, qui dicitur Heraclides, annis 18, anno mundi 3072.

Thebaeorum Aegyptiorum rex 6 Toegar Amachus Momchiri Memphites, qui dicitur vir membris redundans, annis 79, anno mundi 3090.

Thebaeorum Aegyptiorum rex 7 Stoechus, filius eius, qui Mars absque sensu dicitur, annis 6, anno mundi 3169.

Thebaeorum Aegyptiorum rex 8 Gosormies, qui dicitur Etesipantus, annis 30, anno mundi 3175.

Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν θ' Μάρης υἱὸς αὐτοῦ, ὃ ἐστιν D Ἡλιόδωρος, ἔτη κς'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γσε'.

Ἀσσυρίων βασιλεῖς.

Ἀσσυρίων πρῶτος ἐβασίλευσε Βῆλος ἔτη νε'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γσις'.

Ἀσσυρίων β' ἐβασίλευσε Νίνος ἔτη νβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γσοα'.

Ἀσσυρίων γ' ἐβασίλευσε Σεμίραμις ἔτη μβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γτκγ'.

Ἀσσυρίω δ' ἐβασίλευσεν Νινύας, ὁ καὶ Ζάμις, υἱὸς Νίνου καὶ P. 97 Σεμιράμεως, ἔτη λη'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γτξε'.

Σικυωνίων βασιλεῖς πῶς καὶ πόθεν ἤρξαντο.

Αἱ παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιολογίαι πᾶσαι μὲν ἀσύμφωνοι φέρονται παρὰ τοῖς συλλεξαμένοις αὐτὰς ἱστορικοῖς, ἐξαιρέτως δὲ αἱ πρὸ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος. τούτων πρώτη καὶ πάντων παλαιοτάτη ἀνεγράφη ἡ Σικυωνίων ἀρχή, ἧς πρῶτος ἡγήσατο Αἰγιαλεὺς, ἀφ' οὗ καὶ Αἰγιάλεια ἡ νῦν Πελοπόννησος τὸ πρὶν B ἐκαλεῖτο.

Σικυωνίων βασιλεῖς ἔτη ϡξζ' καὶ ἱερεῖς ϛ'.

Τῷ ,γσλθ' ἔτει τοῦ κόσμου, ος' τοῦ Ναχὼρ ἡ Σικυωνίων

6. Vulgo Νῖνος. 8. ἦν ἔτος om. B. 10. Νινύας m. Νινύας ἔτη λη' G. ζάμις B. Ζάμης G. 14. συναλλαξομένοις G. 17. Αἰγιάλεια m. Αἰγιάλια G. πελοπόνησος AB. 19. Post βασιλεῖς G lacunam indicat.

Thebaeorum Aegyptiorum rex 9 Mares, filius eius, qui dicitur Heliodorus, annis 26, anno mundi 3205.

Assyriorum reges.

Assyriorum rex 1 Belus annis 55, anno mundi 3216.
Assyriorum rex 2 Ninus annis 52, anno mundi 3271.
Assyriis 3 imperavit Semiramis annis 42, anno mundi 3323.
Assyriorum rex 4 Ninyas, qui et Zames, filius Nini et Semiramis, annis 38, anno mundi 3365.

Quomodo et quando Sicyoniorum reges coeperint.

In nullo consentiunt antiqua Graecorum monumenta primam maxime Olympiadem praecedentia, etiam apud eos, qui illis conciliandis studuerunt, historiarum scriptores. Primum omnium et antiquissimum Sicyoniorum est imperium, quo primum potitus est Aegialus, a quo Aegialia, nunc Peloponnesus, prius vocabatur.

Sicyoniorum reges annis 967 et sacerdotes sex.

Anno mundi 3239, Nachor 76.

βασιλεία ἤρξατο ἀπὸ πρώτου βασιλέως Αἰγιαλέως, ἕως κϛʹ βασιλέως Ζευξίππου, ἐπὶ ἔτη διαρκέσασα ϡξζʹ. μεθʼ οὓς ἄρχοντες ἱερεῖς ϛʹ ἔτη λγʹ. ὁμοῦ τὰ πάντα τῆς Σικυωνίων ἀρχῆς ἔτη ͵α, ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ ἕτεροι, ἐν οἷς καὶ Εὐσέβιος, ἔγραψαν. ἔστιν
C *οὖν ἀπὸ ͵γσλθʹ κοσμικοῦ ἔτους ἕως ͵δσλη', ὡς ὑπόκειται.*

V. 78 **Κάστορος περὶ τῆς βασιλείας τῶν Σικυωνίων.**

Παρατίθεμεν δὲ καὶ τοὺς Σικυῶνος βασιλεύσαντας, ἀρχομένους μὲν ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος, λήγοντας δὲ ἐπὶ Ζεύξιππον. οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς κατέσχον ἐτῶν χρόνον ϡνθʹ. μετὰ δὲ τοὺς βασιλεῖς κατεστάθησαν ἱερεῖς τοῦ Καρνίου ἕξ. οὗτοι δʼ ἱεράτευσαν ἔτη λγʹ. μεθʼ οὓς κατεστάθη ἱερεὺς Χαρίδημος, ὃς καὶ οὐχ ὑπομείνας τὴν δαπάνην ἔφυγε.

D *Πάντων μὲν Ἑλλήνων παλαιότατοι τοῖς χρόνοις ἀναγράφονται Σικυώνιοι καὶ βασιλεῖς οἱ Σικυῶνος ἡγησάμενοι, ὧν πρῶτος ἦρξεν Αἰγιαλεὺς κατὰ Βῆλον καὶ Νίνον γεγονὼς τοὺς πρώτους Ἀσσυρίων βασιλεῦσαι τῆς Ἀσίας μνημονευομένους, ἐξ οὗ Αἰγιάλεια τὸ πρὶν ἡ νῦν Πελοπόννησος ἐκαλεῖτο. συγχρονίζειν δὲ τῷ Ναχὼρ καὶ τῷ Θαρὰ πατρὶ τοῦ Ἀβραὰμ ὁ ἀκριβὴς καὶ καθʼ ἡμᾶς ἀποδείκνυσι λόγος.*

4. *Εὐσέβιος*] I, 24. p. 125. 5. *͵γσλθʹ* Bm. *͵γλθʹ* G. 6. *σικύωνος* (sic) B. *Σικυῶνας* G. 11. *χαρίδημος ὃς* B. *Χαριδήμοσος* G. 13. *παλαιότατα* G. 14. *καὶ* add. B. *σικύωνος* B constanter. 15. *Νῖνον* G. *γεγονὸς* B. *τοὺς πρώτους* Bredovius. *τοῦ πρώτου* G, quod vereor, ut in codicibus scriptum sit. 16. *μνημονευομένου* G. 17. *πελοπόνησος* AB. 18. *θάρα* B. *Θαῤῥὰ* G.

Sicyoniorum regnum a primo rege Aegialeo coepit et ad 26 Zeuxippum duravit annis 967, quibus sacrorum praefecti sex successerunt annis triginta tribus. Summa itaque Sicyoniorum imperii est annorum 1000, prout Apollodorus et alii, inter quos est Eusebius, scriptum reliquerunt; eiusdemque duratio est a 3239 mundi anno usque ad 4238, ut in sequentibus patet.

Ex Castore de Sicyoniorum regno.

Sicyoniorum reges ab Aegialeo omnium primo coepisse et in Zeuxippo desiisse demonstramus. Reges itaque annis 959 potiti sunt imperio; quibus sublatis Carnii sacerdotes sex sceptrum obtinuerunt, rebusque sacris intenderunt annis 33, iisdemque suffectus in sacerdotio Charidemosus expensis faciundis minor, fuga se regno eripuit.

Omnium quidem antiquissimi celebrantur a Graecis Sicyoniorum reges; Sicyonis nimirum praefecti, quorum imperium primus auspicatus est Aegialeus, Beli Ninique, cuius nomine primum Assyriorum regnum inscribitur, temporibus; ab Aegialeo, quae nunc Peloponnesus, Aegialia quondam dicebatur; eumque Nachor et Thara patri Abraham coaetaneum fideliora nostrarum historiarum monumenta declarant.

Σικυωνίων πρῶτος ἐβασίλευσεν Αἰγιαλεὺς ἔτη νβʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γσλθʹ.

Σικυώνιοι ἐλέγοντο ἀπὸ Σικυῶνος πόλεως πρώτης ἐν Πελοποννήσῳ.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ. P. 98

Γενεὰ καʹ.

Ἀβραὰμ ἔτη ρʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵γτιγʹ.

Ἀβραὰμ Χαλδαῖος ὢν τῷ γένει τὴν πρώτην ἡλικίαν παρὰ Χαλδαίοις ἐτράφη καὶ τῆς παρ᾽ αὐτοῖς ἀστρολογίας καὶ λοιπῆς μετέσχε σοφίας. θεοφιλὴς δὲ ὢν καὶ τοῖς κτίσμασι τὸν νοῦν ἑαυτοῦ μὴ καταδεξάμενος ἐᾶσαι ἐνδιατρίβειν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν γενεσιουργὸν ἐκ τῆς τῶν κτισμάτων ἀναχθεὶς καλλονῆς θείας ἐλλάμψεως ἠξιώθη, ἔτι διατρίβων ἐν τῇ πατρίδι, ὥς φησιν ἐν ταῖς πράξεσιν ὁ πρωτομάρτυς, καθὰς καὶ προσεσήμανται. B

Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Χαλδαῖοι ἀπὸ τοῦ Σὴμ κατάγονται, ἐξ ὧν ὁ Ἀβραάμ.

Τὸν κατὰ μητέρα πάππον τοῦ Ἀβραὰμ ἡ λεπτὴ Γένεσίς φησιν ὅτι Ἀβραὰμ ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ Σάρρα ἀδελφὴ ὁμοπατρία τοῦ Ἀβραὰμ ὑπῆρχε.

Πρῶτος Ἀβραὰμ δημιουργὸν τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἀνεκήρυξε.

1. ἔτη νβʹ addidi ex Bm et Eusebio p. 126. 3. πελωπονήσῳ B. 12. ἐλάμψεως B.

Sicyoniorum rex primus Aegialeus imperavit annis 52, anno mundi 3239.

Sicyonii a Sicyone Peloponnesi praecipua civitate vocati sunt.

ANNI MUNDI.

Generatio XXI.

Abraham anni 100 a mundi annis 3313.

Abraham Chaldaeus genere primam aetatem apud suos egit et astrorum notitia et reliqua Chaldaeorum eruditione non leviter imbutus fuit. Summa vero in deum religione praeditus animum circa vilem creaturarum congeriem non permisit versari, verum earum specie doctus in auctorem mente traducta etiam patrio detentus adhuc solo divinis irradiationibus plenum lumen mente accepit, ut praedicat protomartyr Stephanus in actibus et nos quoque superius indicavimus.

Observa Chaldaeos, ex quibus Abraham ortus est, a Sem primam originem duxisse.

Abraham maternum avum eodem Abraham nomine apud parvam Genesin nuncupari legimus, Saramque ex eodem cum Abraham patre progenitam.

Abraham deum rerum omnium conditorem publica voce professus est.

Πρῶτος Ἀβραὰμ ἐκύκλου τὸ θυσιαστήριον κλάδοις φοινίκων καὶ ἐλαιῶν.

C *Ἐπὶ Ἀβραὰμ πρῶτος ὠνόμασται ἄγγελος ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ.*

Παρ' αὐτοῦ Αἰγύπτιοι τὴν τῶν ἀστέρων θέσιν καὶ κίνησιν ἔμαθον καὶ τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην.

Τῷ ιδ' ἔτει αὐτοῦ ὁ Ἀβραὰμ ἐπιγνοὺς τὸν τῶν ὅλων θεὸν προσεκύνει, τὰ δὲ εἴδωλα τοῦ πατρὸς συντρίψας κατέκαυσε σὺν τῷ οἴκῳ. συγκατεκαύθη δὲ αὐτοῖς καὶ Ἀρρὰν ὁ ἀδελφὸς Ἀβραὰμ σβέσαι τὸ πῦρ σπουδάζων. ἐνουθέτει δὲ καὶ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ ἀποστῆναι τῆς εἰδωλολατρείας καὶ εἰδωλοποιίας, ὥς φησιν ὁ Ἰώσηππος.

Τούτοις τοῖς χρόνοις ἤκμαζε Μελχισεδὲκ ὁ πρῶτος ἀρχιε-
D *ρεὺς καὶ πρῶτος βασιλεὺς Σαλὴμ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καταγγελλόμενος, παρθένος, καὶ ἀγενεαλόγητος ἐν τοῖς λογίοις φερόμενος, καὶ ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τοῦ ἀμήτορος ἄνωθεν καὶ ἀπάτορος κάτωθεν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ σω-*
V. 79 *τῆρος ἡμῶν προτυπῶν· καθ' ἣν εὐλογήσας τὸν Ἀβραὰμ κυριωτέραν τῆς ἐν νόμῳ λατρείας τὴν καθ' ἡμᾶς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ ἀπέφηνε, κρείττων ἐν ἀνθρώποις μόνος φανεὶς τοῦ πατριάρχου Ἀβραάμ, εἴπερ ἀναμφιλέκτως κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστο-*

8. ὁ *Ἀῤῥὰν ὁ* G. 9. *καὶ* om. G. *ἑαυτοῦ* B. *αὐτοῦ* G. 11. *Ἰώσηππος*] Antiq. I, 8. 12. ὁ *Μελχισεδὲκ ὁ* G. 13. *πρωτοβασιλεὺς* G. *σαλεὶμ* B. 19. *κρείττων* m. *κρεῖττον* G. *μόνος* Bm. *μόνοις* G. 20. *ἀπόστολον*] Epist. ad Hebr. VII.

Palmarum olivarumque ramis primus omnium altare circumcinxit.

Ubi de illo narrat, de angelis quoque primum sermonem exaratum declaravit scriptura.

Ab Abrahamo siderum positiones et motus perfectamque numerorum scientiam acceperunt Aegyptii.

Anno aetatis decimo quarto deum universorum opificem agnoscens Abraham supremum ei religionis cultum exhibuit, comminutaque patris simulacra cum aede propria incendit; Aran porro frater eius incendium exstinguere sollicitus flammis eisdem absumptus est. Caeterum ut a condendis colendisque idolis patrem averteret Abraham, Iosepho teste, studium omne semper apposuit.

Vivebat ista tempestate Melchisedec, primus pontifex et rex Salem primus a divina scriptura memoratus, de servata virginitate laudatus, de cuius maioribus nullum exstat monumentum, qui in pane et vino incruentum Christi veri dei et salvatoris nostri, cuius nulla in caelis mater, in terris pater nullus, sacrificium praefiguravit, quo benedictione Abrahae impetrata et impertita, veriorem in lege nostra secundum spiritum et veritatem cultum futurum designavit; solus indubie patriarcham Abraham virtute donisque caelestibus superare visus, cum iuxta divinum

λον καὶ τὴν ἀλήθειαν τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται καὶ ἀποδεκατοῦται.

Ἀρχὴ τοῦ μα' Ἰωβηλαίου παρ' Ἑβραίοις. P. 99

Ἰωβὴλ δὲ παρ' αὐτοῖς ἡ πεντηκονταετηρίς, ὡς εἶναι ἀπὸ Ἀδὰμ κατ' αὐτοὺς ἐπὶ με' ἔτος Ἀβραὰμ ἔτη ,βν'.

Ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ Μωϋσῇ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι τὸν Ἀβραὰμ ἐγὼ ἐδίδαξα τὴν Ἑβραΐδα γλῶσσαν κατὰ τὴν ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως λαλεῖν τὰ πάτρια πάντα, ὡς ἐν λεπτῇ κεῖται Γενέσει.

Τῷ ,γτογ' ἔτει τοῦ κόσμου, Ἀβραὰμ δὲ ξα', ἐνεπύρισεν B Ἀβραὰμ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ συγκατεκαύθη αὐτοῖς Ἀρρὰν θέλων σβέσαι τὸ πῦρ ἐν νυκτί. καὶ ἐξῆλθε Θαρὰ σὺν Ἀβραὰμ τοῦ ἐλθεῖν εἰς γῆν Χαναάν, καὶ μεταγνοὺς ᾤκησεν ἐν Χαρρὰν εἰδωλομανῶν ἕως θανάτου αὐτοῦ.

Τούτῳ τῷ ,γτπζ' ἔτει τοῦ κόσμου, ὅπερ ἦν οε' ἔτος Ἀβραάμ, ἐξῆλθεν ἐκ Χαρρὰν κατὰ θεῖον χρησμόν, καὶ ἦλθεν εἰς Συχέμ, καὶ ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἀνὰ μέσον Βαιθὴλ καὶ Ἀγγαῒ τῷ ος' ἔτει αὐτοῦ.

Τῷ ,γτϟγ' ἔτει τοῦ κόσμου, πα' Ἀβραάμ, κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον μετὰ Σάρρας τῷ ζ' ἔτει τῆς παροικίας αὐτοῦ, ὥς τινες.

1. ἀπὸ G. 4. πεντηκονταετερὶς A. πεντηκονταετερὴς B. 5. με'] νγ' m. ἔτος B. ἔτους G. ,βν'] ,βα' m. 6. μωσεῖ B. τὸν] τῶν B. 7. ἵνα κατ' αὐτὴν ὡς ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως λαλήσῃ m. 11. Ἀρρὰν] ὁ Ἀῤῥὰν G. θάρα B. Θάῤῥα G. 16. βαιθὴλ B. Βεθὴλ G. 18. ἀβραὰμ add. Bm.

apostolum et veritatem, minor a maiore benedici ac decimari consuetus sit.

Quadragesimi primi Hebraeorum Iubilaei principium.

Iobel penes Hebraeos annorum quinquaginta revolutio est, atque ita secundum eorum computum, ad quinquagesimum tertium Abraham aetatis, anni sunt a mundi principio 2001.

Angelus familiari colloquio cum Mose solitus uti dixit ei: Hebraeam linguam, qualis primitus purior erat, ego docui Abrahamum, ut ea velut patria loqui noverit. Haec refert parva Genesis.

Anno mundi 3373, Abraham vero 61, ipse Abraham patris idola succendit; Aran autem nocturnum incendium exstinguere molitus illo eodem absorptus est. Profectusque Thara cum Abraham, ut in terram Chananaeorum migraret, mutata sententia, insano simulacrorum cultu allectus in Charan ad obitum usque remansit.

Anno mundi 3387, Abraham vero 75, ipse divino iussu e Charan egressus et in Sychem profectus erexit altare inter Bethel et Haggai septuagesimo sexto aetatis anno.

Anno mundi 3393, Abraham 81, ipse ducta secum Sara descendit in Aegyptum anno migrationis septimo, ex quorumdam sententia.

C ### Ἀφρικανοῦ περὶ Ἀβραάμ.

Ἔνθεν ἄρχεται τῶν Ἑβραίων ἡ προσωνυμία. Ἑβραῖοι γὰρ οἱ Περάται ἑρμηνεύονται, διαπεράσαντος Εὐφράτην Ἀβραάμ, καὶ οὐχ, ὥς οἴονταί τινες, ἀπὸ Ἕβερ τοῦ προειρημένου. συνάγεται τοίνυν εἰς τὴν ἐπίβασιν τῆς κατηγγελμένης γῆς Ἀβραὰμ ἀπὸ μὲν τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ Νῶε γενεῶν δέκα ἔτη ͵αιε', ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ γενεῶν εἴκοσιν ἔτη ͵γσζ'.

Λείπεται πρὸς τὴν προκειμένην ἀκριβῆ χρονολογίαν ἡ παρὰ τῷ Ἀφρικανῷ χρόνοις ρι' ἐκ τῶν ρλ' ἐτῶν τοῦ δευτέρου Καϊνᾶν.
D τὰ γὰρ ἄλλα εἴκοσιν ἐκ τῶν αὐτῶν ρλ' ἡ ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν τῶν ͵βσξβ' ἐτῶν παραύξησις προαφήρπασε προστεθέντων αὐτῶν τοῖς τοῦ Μαθουσάλα χρόνοις.

Εὐσέβιος τὰ υλ' ἔτη ἀπὸ τοῦ ε' καὶ ο' ἔτους Ἀβραάμ, ἤτοι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς παροικίας αὐτοῦ εἰς γῆν Χαναάν, ἕως τοῦ πα' ἔτους Μωϋσέως καὶ ἀπ' Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραήλ, ἀπαριθμεῖ.

P. 100 Ἡ δὲ βίβλος τῆς Γενέσεως τὴν θείαν ἀπόφασιν περὶ τούτου μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδον καὶ τὸν πρὸς τοὺς βασιλεῖς πόλεμον καὶ τὰς εὐλογίας τοῦ Μελχισεδὲκ ὑπογράφει, καθὼς ἔξεστι μα-
V. 80 θεῖν ἀκριβῶς ἐντυγχάνοντι τῷ βουλομένῳ. Ἀβραὰμ ἦν ἐτῶν πς', ἡνίκα ἔτεκεν Ἄγαρ τὸν Ἰσμαὴλ τῷ Ἀβραάμ, ὡς γέγραπται ἐν

7. ͵γσοζ' m. 9. τῶν ρλ' Bm. τῶν ρλε' G. 11. ͵βσμβ' G. ἐτῶν om. G. παραύξησις Bm. παράξησις G. 13. Εὐσεβίου. Τῷ υλ' ἀπὸ G.

Ex Africano de Abrahamo.

Hic primum nomen Hebraeorum auditum est. Hebraei namque transmigrantes exponuntur, qui cum Abrahamo traiecerunt Euphratem, et non, ut quidam autumant, ab Heber, de quo alibi sermo habitus. A praeterito itaque diluvio, Noeque temporibus, usque ad ingressum Abrahae in terram promissam, generationum decem anni 1015 colliguntur, ab Adamo vero generationum viginti anni 3277.

Propositae temporum rationi, ne fiat accurata, ex secundi Cainan annis 230 desunt 110. Aliorum quippe viginti, ex iisdem 130, defectum sustulit, facta in praemissis annorum intrusio supra spatium 2242, ab Adamo usque ad diluvium elapsorum, ubi ad Mathusala aetatem nonnihil additum est.

Ex Eusebio.

Annos quadringentos triginta ab Abrahae quinto supra septuagesimum, id est, a primo migrationis eius in terram Chanaan, usque ad 81 Mosis et exitus Israël ex Aegypto retro recenset Eusebius.

Divinam vero circa hoc editam sententiam post Abrahae reditum ex Aegypto et ab eo debellatos reges adversarios et benedictionem a Melchisedec acceptam subiungit Geneseos liber, ut cuilibet accuratiorem notitiam quaerenti patet. Abraham erat annorum 86, cum ex Agar suscepit Ismaël,

βίβλῳ τῆς Γενέσεως· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γτϟλ'. ἐκ τούτου τὸ γένος τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἤτοι Ἀγαρηνῶν, οἱ αὐτοὶ καὶ Σαρακηνοί εἰσιν ἀπὸ Σάῤῥας ἑαυτοὺς μετονομάσαντες, ὥς τινές φασιν, ἀπαξιοῦντες καλεῖσθαι Ἀγαρηνοὶ δουλικῶς. ἕτεροι δὲ τοὺς Ἰσμαηλίτας Σαρακηνοὺς καλεῖσθαί φασιν, ὅτι Σάῤῥα τὴν Ἄγαρ κενὴν ἐξαπέστειλε κληρονομίας. Ἀβραὰμ ἀσεβεῖ μὴ συναπολέ- B σθαι δίκαιον ἐδυσώπει, διὰ Λὼτ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ. Λὼτ σὺν τῇ γαμετῇ καὶ ταῖς θυγατράσιν ἐκπεμφθεὶς εἰς Σηγὼρ περισώζεται, τῆς γυναικὸς μόνης ἐπιστραφείσης, καὶ διὰ τοῦτο παγείσης εἰς στήλην ἁλὸς ἀδιάλυτον, ἣν εἰς ἔτι πολλοὶ χάριν ἱστορίας ὁρῶσιν ἐρχόμενοι. Σηγὼρ δὲ ἡ πόλις διὰ τὸν Λὼτ ἐσώθη τῶν ἐν αὐτῇ διαφθαρέντων ἀνδρῶν, ὥς φασι, καὶ τῆς λίμνης ἅμα τῇ γῇ ἀνατραπείσης.

Ἀβραὰμ παρῴκησεν ἐν Γεράροις, ἥν τινες Ἀσκαλῶνά φασιν εἶναι, ὡς καὶ Ἀφρικανός. Ἀβραὰμ ἔλαβε τὴν Χεττούραν γυναῖκα μετὰ τελευτὴν Σάῤῥας ἐν τῷ γήρᾳ αὐτοῦ, ἐξ ἧς ἔσχεν υἱοὺς C έ, Ζεμβριὰμ, Ἰεκσὰν, Μαδὰμ, Μαδιὰμ, Ἰεσβώκ.

Ἀφρικανοῦ.

Λιμοῦ κατασχόντος τὴν γῆν τὴν Χαναντιδα κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον Ἀβραὰμ, δεδιὼς δὲ μὴ διὰ τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς

1. ἦν om. B. 2. ἀγαρινῶν et ἀγαρινοὶ B. 3. σάῤῥας B. Σάρας G. 5. Vulgo Σάρα. 6. ἐξαπέστειλεν B. ἀπέστειλεν G. ἀσεβεῖ] εὐσεβῆ G. 13. ἀνατειλάσης m. 15. χεττοῦραν AB. Χετοῦραν G. 16. σάῤῥας B. Σάρας G. γήρᾳ] Scribebatur γήρει. 17. Ζεμβριὰμ] Ζεμωριὰμ G. Ζομβρᾶν m. Ἰεκσὰν] Ιεκτὰν G. Ιεξὰν m. Μαδὰμ] Μαδὰλ m. 20. δὲ add. B.

prout Geneseos liber manifestat, mundi vero annus erat 3398. Ab Ismaële genus Ismaëlitarum, hoc est, Agarenorum propagatum. Iidem porro sunt qui Saraceni, a Sara sibi vindicato nomine, ut quidam asserunt, et Agarenorum servili penitus repudiato. Ismaëlitas alii Saracenos nuncupatos existimant, quod Sara ab viri haereditate adeunda voluerit Agar exclusam. Ne iustus impiorum suppliciis involveretur, exorabat et vitam nepoti Loth deprecabatur. Loth cum coniuge et filiabus in Segor emissus leto eripitur; coniux sola retro conversa in solidam et illiquefactam salis statuam compingitur; eamque nonnulli rei gestae probandae gratia visum eunt et, ut narratur, conspiciunt. Segor urbs deletis eius civibus propter Loth servatur, ut aiunt, et e terra lacus erupit.

Abraham habitavit in Geraris, Ascalonem alii vocant, inter quos est Africanus. Abraham defuncta Sara Cheturam uxorem duxit iam senex et ex ea quinque filios tulit: Zombram, Iezan, Madal, Madian et Iesboc.

Ex Africano.

Fame per terram Chananitidem grassante Abraham descendit in Aegyptum; at ne ob uxoris venustam speciem occideretur, fratris nomine si-

qua Ptolemaei, qua Antiochi posteris tributa pendebant et regum vice, pontificum imperio pacis fovendae studioso morem gerebant. Sub Oniae porro istius annum 14 Simon quidam Hierosolymorum templi praefectus Apollonium Phoeniciae ducem pontificatus obtinendi templi divitias prodendi animo convenit. De his Seleucus Apollonii litteris factus certior, Heliodorum regiis rebus praepositum mittit, qui divinis verberibus eruditus, re infecta revertitur; eam ob rem Simonem pelli Onias pontifex studiorum diligentia consequitur. Dum haec aguntur Seleucus Philopator dictus anno regni duodecimo moritur; quem Antiochus Epiphanes, Seleuci frater, Antiochi magni filius, Romae quondam obses datus, excipit, et Syriae imperat annis 11. Huic Iason Oniae frater talenta 360, si modo pontificatum obtineret, pollicebatur; tum annui redditus 60 et Iudaeis ab eo ad Graecam superstitionem adactis alia 100, Antiochus pollicitis illectus Oniam dignitate eiicit et in Iasonem transfert. Hic iuvenum instituta palaestra, quinquennali certamine Tyri celebrato legatos et Herculis sacrificio drachmarum 3000 mittit; et Antiochum Hierosolymam profectum ingenti pecuniarum pondere Menelai fratris Simonis manibus oblato et magnis honoribus

δὲ Μενέλαος τριακοσίοις ταλάντοις ὑπερβαλλόμενος τὸν Ἰάσωνα τῆς ἱερωσύνης ἐπέβη. ἀλλ' Ἰάσων μὲν διὰ ταῦτα εἰς τὴν Ἀμανίτην ἔφυγε, Μενέλαος δὲ μὴ ὑπαντῶν διὰ πλήθους τὰ ὑποσχεθέντα δοῦναι τῷ Ἀντιόχῳ ἐξώσθη τῆς ἀρχιερωσύνης, Λυσίμαχός τε καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διαδέχεται αὐτόν· Ὀνείας δὲ ὁ πρὸ τούτων ἀρχιερεὺς ἔννομος καὶ ἄριστος ἐν ἀνθρώποις κατὰ τὴν Δάφνην ἀποχωρήσας κατηγορῶν Μενελάου ἀναιρεῖται ὑπὸ Ἀν- C δρονίκου δώροις πεισθέντος καὶ ἱεροσυλίαις τοῦ Μενελάου, ὃν Ἀντίοχος ἐπανελθὼν ἐκ Κιλικίας καὶ σφόδρα λυπηθεὶς ἐπὶ τῷ φόνῳ Ὀνείου καθεῖλε τῆς τιμῆς.

Ἑβραίων ἀρχιεράτευσε ιε' Ἰάσων ἀδελφὸς Ὀνείου ἀρχιερέως. ἀνιέρως διὰ χρημάτων ἐκράτησε τῆς ἀρχιερωσύνης, ἐκβαλὼν τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Ὀνείαν· καὶ αὐτὸς ἐκβληθεὶς ὑπὸ Μενελάου μετὰ τρία ἔτη διὰ χρημάτων ὁμοίως. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ετιε'.

Μετὰ τὴν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καθαίρεσιν Περσῶν τοὺς ζ' τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἤτοι πρὸ τοῦ τῆς Ἑλλήνων βασιλείας ἔτους, Ἕλληνας γὰρ καὶ Μακεδόνας κατὰ τὴν τῶν Μακκαβαίων γραφὴν τοὺς αὐτοὺς μεμαθήκαμεν, ἐξ ὧν ἥ τε κατὰ τὴν Μακεδονίαν μετὰ θάνατον Ἀλεξάνδρου διαιρεθεῖσα ἀρχὴ εἰς ἀρχάς, τήν τε κατ' D Αἴγυπτον τῶν Πτολεμαίων καὶ Ἀντιόχειαν τῶν Ἀντιόχων καὶ τὰς λοιπάς, ὡς ἐκεῖ δεδήλωται, καὶ αὐτὴν τὴν Μακεδονίαν, ὑποχείριον ἔσχε τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος, ποτὲ μὲν ὑπὸ τοὺς Πτολε-

7. ἀποχωρήσας B. ὑποχωρήσας G. 8. ἱεροσυλίτης G. 9. λυπηθεὶς] ποθεὶς G. 10. καθεῖλε — ἀδελφὸς Ὀνείου om. G. 15. τοὺς ζ'] τῷ ζ' ἔτει m. 16. πρὸ τοῦ — ἔτους] πρώτῳ ἔτει m. 17. γραφὴν om. G.

excipit. Menelaus talentorum 300 promisso Iasonem superans ad pontificatum evehitur; Iason in Ammanitem se recipit. Menelaus exsolvendi promissi impotens dignitate movetur, subrogato in eius locum fratre Lysimacho. Onias autem legitimus dudum et optimus pontifex Menelaum accusandi causa Daphnem se confert, ubi ab Andronico sacrilegi Menelai donis corrupto interficitur. Antiochus e Cilicia reversus et Oniae sacrilege pecuniarum largitione sublati caede tristatus [lacrymas fundere visus est. Iason itaque Oniam, ut praemisimus,] fratrem pontificatu expulit, quo potitus, a Menelao donis sibi dignitatem comparante post annos tres eiectus est, anno mundi 5315.

Everso Alexandri armis Persarum imperio anno regni septimo, qui Graecorum primus numeratur, (Graecos enim et Macedonas ex Maccabaeorum historia eosdem esse novimus), unica, quae penes Macedoniam stabat regnandi potestas in plura regna divisa est; Aegypti nimirum, cuius principes Ptolemaei; Antiochiae, cuius sceptrum ab Antiochi posteris arreptum, nec non locorum aliorum (prout memorata historia describit) et ipsius tandem Macedoniae proprium. Quocirca Iudaeorum gens modo Pto-

*μαίους, ποτὲ δὲ ὑπὸ τοὺς Ἀντιόχους, μέσον ἐχόντων τῶν δύο
τούτων ἀρχῶν τὴν κατοίκησιν τῆς ὑπὸ θεοῦ κεκληροδοτημένης
χώρας, εἰρήνης τε ἀπέλαυον ὡς τὰ πολλὰ ἐπὶ ἔτη ρλζʹ ἕως Ἀν-
τιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, καὶ διεπομένων ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων ἀντὶ
βασιλέων. πρὸ βραχέως γοῦν τῆς τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου βα-
σιλείας, Σελεύκου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ βασιλεύοντος, Ὀνείου δὲ*
P. 278 *ἀρχιερατεύοντος τῶν Ἰουδαίων ἀνδρὸς ἀρίστου καὶ θεοφιλοῦς,
Σίμων τις Ἰουδαῖος προστάτης τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ παρα-
νομώτατος, τὸν Ὀνείαν ἐκβάλλειν σπουδάσας πολλαχοῦ καὶ μὴ
δυνηθεὶς, φυγὰς ἧκε πρὸς Ἀπολλώνιον Συρίας καὶ Φοινίκης καὶ
Κιλικίας στρατηγὸν, μηνύων θησαυροὺς πλείστων χρημάτων
ἰδιωτικῶν εἶναι παρὰ τῷ ἀρχιερεῖ Ὀνείᾳ ἐν τῷ ἱερῷ τεθησαυ-
ρισμένους, προσήκοντας τῷ βασιλεῖ Σελεύκῳ. ὁ δ᾽ Ἀπολλώνιος
μηνύσας τῷ Σελεύκῳ ταῦτα καὶ τὸν τῆς πατρίδος προδότην ἀπο-
δεξάμενος ἔρχεται σὺν αὐτῷ κελευσθεὶς ὑπὸ τοῦ Σελεύκου εἰς*
B *Ἱερουσαλὴμ μετὰ στρατευμάτων, τὰ αὐτὰ ληψόμενος χρήματα.
τῶν δὲ Ἰουδαίων ἀδύνατον εἶναι λεγόντων τὰς τῷ ἱερῷ θησαυρῷ
πιστευθείσας παρακαταθήκας προδίδοσθαι καὶ τὸν θεὸν λιπα-
ρούντων σὺν δάκρυσι προστῆναι τοῦ ἱεροῦ, τοῦ τε Ἀπολλωνίου
μετὰ τῆς ἐνόπλου στρατείας ἐλθόντος εἰς τὸν ναὸν ἁρπάσαι τὰ*
V. 222 *χρήματα, ἄγγελοι φοβεροὶ φανέντες ἔφιπποι πάντας ἐντρόμους
κατέστησαν, ὅ τε Ἀπολλώνιος ἡμιθανὴς καταπεσὼν ἐπὶ τὸν*

2. *ἀρχῶν*] *ἐθνῶν* G. 3. Vulgo *ἀπήλαυον*. 9. *ἐκβάλλειν σπουδάσας* B. *σπουδάσας ἐκβάλλειν* G. 12. *ἰδιωτικὸν* A. *εἶναι* B. *μὲν εἶναι* G. *ἱερῷ*] *ναῷ* G. 13. *προσηκοῦντας* B. 16. *λειψόμενος* B. 20. *ἁρπάσαι*] Vulgo *ἁρπάξαι*.

lemaeis, modo Antiochis, nationibus istis duabus provinciam a deo quondam Hebraeorum habitationi sorte distributam inter se mediam habentibus, subiecta, pace ut plurimum gaudebat annis 137, pontificibus regum vice publicam rem administrantibus ad Antiochi Illustris aetatem. Exiguo igitur ante Illustrem Antiochum temporis intervallo, Seleuco eius fratre regnum moderante, et Onia viro integro et religioso Iudaeorum pontificatum tenente, Simon quidam Iudaeus Hierosolymitani templi praefectus, homo nequissimus, frequenter Oniam pontificii culmine deiicere, incassum licet molitus, tandem ad Apollonium Syriae, Phoenices et Ciliciae praepositum fugiens, congestos privatarum pecuniarum thesauros Seleuci regis aerario reponendos apud Oniam in templo servari denunciat. Haec ad regem vicissim refert Apollonius et patriae proditorem humaniter excipit; Seleucique iussu ductis secum militibus et Iasone Hierusalem advolat, memoratas divitias aerario publico addicturus. Iudaeis thesauro deposita commissa prodere nefas esse conclamantibus et cum lacrymis templi clientelam deum sumere contestantibus, Apollonio vero armatorum militum vi cuncta dirimere contendente, angeli terribiles equis insidentes manifesto visi circumspectantibus cunctis stuporem haud exiguum ingesserunt. Quare Apollo-

πάμφιλον περίβολον τοῦ ἱεροῦ παρεκάλει δεηθῆναι τοὺς Ἑβραίους ὑπὲρ αὐτοῦ. θεραπευθεὶς δὲ ταῖς Ὀνείου λιταῖς ἧκε πρὸς Σέλευκον κενὸς, ἀγγέλλων τὰ συμβάντα αὐτῷ· καὶ ἐν τούτοις ὁ Σέ- C λευκος τελευτᾷ, ὡς ἐν τῇ δ' τῶν Μακκαβαϊκῶν βίβλῳ φέρεται. ἐν δὲ τῇ β' τῶν αὐτῶν Μακκαβαϊκῶν βίβλῳ ἄλλως πως ἱστορεῖται τὰ κατὰ τὸν παρὰ Σελεύκου σταλέντα πρὸς ἁρπαγὴν τῶν χρημάτων Ἡλιόδωρον τὸν ἐπὶ τῶν χρημάτων, ὡς καὶ αὐτὸς μὲν βιαίως ἁρπάζων ἀνῆλθε τὰς χηρῶν τε καὶ ὀρφανῶν παρακαταθήκας ἐν τῷ ἱερῷ γαζοφυλακίῳ, ταλάντων οὔσας χρυσίου σ' καὶ ἀργυρίου υ' μόνων, ἐν οἷς καί τινα ἦν τῶν αὐτῶν χρημάτων Ὑρκανοῦ τοῦ Τωβίου ἀνδρὸς ἐπισήμου, ὡς Ὀνείας ὁ ἱερὸς ἀρχιερεὺς ἀπέδειξε, καὶ οὐχ ὡς Σίμων ὁ κατάρατος διεψεύσατο. τοῦτον οὖν Ἡλιόδωρον, φησὶ, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δορυφόρους ἵππος τις φοβερὸς καλλίστῃ σάγῃ διακεκοσμημένος, φοβερώτερον D ἔχων τὸν ἐπιβάτην, καὶ ῥύδην φερόμενος ἐξεδειμάτωσε τὰς ἐμπροσθίους ἐνσείσας ὁπλὰς αὐτῷ καὶ τῇ ἐνόπλῳ χρυσαυγείᾳ τοῦ ἐπιβάτου. οἵ τε ἄλλοι φανέντες ἐκπρεπεῖς καὶ καταπληκτικοὶ δύο νεανίαι μαστίζοντες αὐτὸν κατὰ νώτου καὶ στέρνων ἀφῆκαν ἡμιθανῆ· ὑπὲρ οὗ τὸν θεὸν ἐξιλεουμένου τοῦ Ὀνείου οἱ αὐτοὶ νεανίαι φανέντες τῷ Ἡλιοδόρῳ εἶπον ἔχειν Ὀνείᾳ τῷ ἀρχιερεῖ τὴν χάριν, δι' οὗ τὸ ζῆν ἔχει, καὶ πᾶσι διαγγέλλειν τὸ θεῖον κρά-

2. ταῖς] ταῖς τοῦ G. 3. ἀγγέλλων B. ἀναγγέλλων G. 4. τελευτᾷ. ὡς ἐν τῇ β' τῶν Μακκαβαϊκῶν ἄλλως πως G. 5. β'] Cap. 3. 7. τὸν] τῶν B. 10. τῶν αὐτῶν B. αὐτῶν τῶν A. solum αὐτῶν G. αὐτῶν delendum. 11. τοβίου B. 12. οὐχ ὡς] οὐχ ὁ A. 15. ἐμπροσθίους] ἐμπροσθείους B. ἐμπροσθήρους G. 17. εὐπρεπεῖς G. 18. νώτου B. νώτων G. ἀφῆκον G.

nius semianimis in carum templi septum decidens, Iudaeos ad preces pro se offerendas sollicitabat. Hinc Oniae votis servatus, quae sibi contigerant palam factis ad Seleucum reversus est; et inter haec Seleucus vivis eripitur. Porro res ab Heliodoro regii aerarii praeposito gestae, cum a Seleuco thesauros rapturus fuit missus, ratione nonnihil diversa libro Maccabaeorum secundo narrantur. Ut nimirum viduarum et orphanorum deposita e sacro gazophylacio asportaturus adscenderit in templum; quorum tamen pretium auri talenta 200 et argenti 400 non excederet, in quibus insuper erant nonnulla, quae ad Hyrcanum Tobiae filium virum inprimis nobilem pertinerent, prout Onias sacer pontifex sincere demonstrabat, non ut mendaciter exsecrandus Simon enunciaverat. Hunc igitur Heliodorum, ait, et adiunctos satellites equus quidam terribilis ornatissimis phaleris instructus, sessoremque longe magis tremendum ferens, impetu in eum facto, anterioribus vibratis calcibus, aureorumque sessoris armorum radiante fulgore exterruit. Una iuvenes duo aeque specie ac vultu tremendi visi sunt, qui Heliodorum tergo et pectore toto caesum semivivum reliquerunt; pro cuius salute Onia divinum numen interpellante, iidem iuvenes facti Heliodoro conspicui dixerunt; haberet Oniae pontifici gratiam, cuius meritis vitam

τος· ὃς θύσας τῷ θεῷ καὶ ἀναζεύξας πρὸς Σέλευκον ἅπαντα τῷ βασιλεῖ τὰ παράδοξα διηγεῖτο. ταῦτα δὴ κατὰ τὴν δευτέραν τῶν Μακκαβαϊκῶν ὁ συγγραφεὺς, ἀφεὶς τὰ κατὰ τὸν Σέλευκον, P. 279 ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐπιτεταμένως ἀπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς ἤρξατο, λέγων ὅτι τῷ ρλζ' ἔτει βασιλείας Ἑλλήνων ἐβασίλευσε, καὶ ὅτι παρανόμως οἱ υἱοὶ ἐξ Ἰσραὴλ πορευθέντες πρὸς αὐτὸν ἑλληνίζειν ᾐτήσαντο, αὐτός τε Ἀντίοχος τούτοις προσετέθη καὶ τὸν κατὰ Πτολεμαίου καὶ τῆς Αἰγύπτου πόλεμον ἐκίνησεν ἐν ἅρμασι καὶ ἐλέφασι καὶ ἱππεῦσι καὶ στόλῳ μεγάλῳ, σκευάσας τε τὴν Αἴγυπτον ἐπανῆλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν ὄχλῳ βαρεῖ τῷ ρμγ' ἔτει βασιλείας Ἑλλήνων· ὅπως τε εἰς τὸ ἁγίασμα μεθ' ὑπερηφανίας εἰσελθὼν ἔλαβε τὸ θυσιαστήριον καὶ τὴν λυχνίαν τοῦ φωτὸς καὶ πάντα τὰ σκεύη B οἴκου κυρίου καὶ τὸν κόσμον καὶ τοὺς θησαυροὺς, ποιήσας φονοκτονίαν πολλήν· ἡνίκα καὶ τὰ κατὰ Ἐλεάζαρον καὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας καὶ τὴν μητέρα αὐτῶν μαρτυρικῶς πέπρακται, ὡς ἐν τετάρτῃ βίβλῳ τῶν Μακκαβαϊκῶν. καὶ μετὰ δύο ἔτη ἀπέστειλεν ἄρχοντα φορολογῆσαι τὴν Ἰουδαίαν· οὗτος δὲ ἦν Ἀπολλώνιος μυσάρχης ὑπὸ Μενελάου τοῦ καταράτου αἰτηθεὶς σταλῆναι παρὰ Ἀντιόχου πρὸς τελείαν καταφθορὰν τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ. ἐλθὼν οὖν εἰρηνικῶς ἐφ' ἡμέρας τρεῖς διῆγεν ὡς φίλος. C τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου πάντων ἀργούντων κατέσφαξε τοὺς

5. λέγων B. λέγειν G. 10. κατασκευάσας m. 11. εἰς] ἐν G. 15. τὰ om. B. 21. εἰρηνικὸς A.

receperat, ut dei potentiam cunctis redderet manifestam. Ille victimis deo immolatis, ad Seleucum remeans, cuncta haec stupenda regi enarravit. At vero tum quae Seleucum, tum quae alios Alexandri Macedonis successores spectant fusius et explicatius tractandis Maccabaeorum libro secundo relictis, ab Antiocho Illustri narrationis principium auctor exorsus est; ut videlicet regni Graecorum anno 137 solium conscenderit, et ut filiis Israël impie ad eum confluentibus et Graecorum superstitioni addici postulantibus assensum et animum adiecerit; ut ingenti armorum, elephantum, equitum, classis quoque apparatu bello in Ptolemaeum et Aegyptum moto, regione vastata, victor Hierosolymam numeroso exercitu secum ducto fuerit ingressus anno Graecorum imperii 143, et ut in sancta arroganter intrusus altare, luminis candelabrum et vasa domus domini cuncta, ornatum omnem, thesauros universos plurima strage praemissa secum asportavetir; quo tempore Eleazari, septem puerorum et eorum matris martyrio probata constantia refulsit; quae libro Maccabaeorum quarto discribuntur. Elapso biennio ex optimatibus quendam Iudaeae vectigalia collecturum rex misit. Erat hic impius Apollonius integrae Hierusalem et civium eius ruinae consummandae ab exsecrando Menelao, ut ab Antiocho mitteretur, expetitus. Pacem in adventu praeferens dies solos tres amicorum more agendos statuit. Sabbati demum die cessantibus operis militaris aetatis

ἐν ἡλικίᾳ καὶ τὴν πόλιν ἐνέπρησε, τὸ δεύτερον τὰ τείχη καθελὼν καὶ τοὺς οἴκους αἰχμαλωτίσας τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα σὺν τοῖς ὑπάρχουσι· τὰ δὲ σκῦλα ἀπέθετο ἐν τῇ ἄκρᾳ τῇ λεγομένῃ πόλει Δαβίδ, ἥτις ἦν ὀχύρωμα τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἐποικοδομήσας αὐτὴν τείχει μεγάλῳ καὶ πύργοις ὀχυροῖς καὶ ἐγκατοικίσας στράτευμα καὶ ὅπλα καὶ τροφὰς ἀποθέμενος. καὶ μετὰ ταῦτα ἀπέστειλεν Ἀντίοχος γέροντα Ἀθηναῖον, καταναγκάζων τὸ ἔθνος ἑλληνίζειν V. 223
καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ νόμον ἀποπαῦσαι λατρείαν· καὶ ἐν τῷ ναῷ Διὸς Ὀλυμπίου στησάμενος ἄγαλμα τῇ ιε' ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς Χασελεῦ, ἔτει κατὰ Ἰώσηππον ρμε', ἐν δὲ Σαμαρείᾳ Διὸς ξενίου. τά τε βιβλία τοῦ νόμου κατασχίζειν προσέταξε καὶ ἐμπιπρᾶν, τοὺς D
δὲ περιτεμνομένους θανατοῦν, καὶ τὰ νεκρὰ τῶν βρεφῶν κρεμᾶν ἐκ τῶν τραχήλων τῶν μητέρων, καὶ πολλοὶ ἐξ Ἱερουσαλὴμ ἀπέθανον ὑπὲρ τῶν πατρίων νομίμων.

Τότε Ματθίας τις ἱερεὺς τῶν υἱῶν Ἰωαρεὶμ, υἱὸς Ἰωάννου τοῦ Συμεὼν, ἐξελθὼν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἐκάθισεν ἐν Μωδεεὶν, καὶ αὐτῷ υἱοὶ πέντε, Ἰωάννης ὁ ἐπιλεγόμενος Γάδδης, Σίμων ὁ καλούμενος Θάσος, Ἰούδας ὁ καλούμενος Μακκαβαῖος, Ἐλεάζαρος ὁ καλούμενος Ἀβαρὰν, Ἰωνάθας ὁ καὶ Σαπφοῦς. οὗτος ἐθρήνει P. 280
τὴν πόλιν καὶ τὸ σύντριμμα τοῦ γένους σὺν τοῖς υἱοῖς, περιθέ-

1. τὸ δὲ δεύτερον G. 3. σκύλλα A. τῇ] τι A. 5. Vulgo ἐγκατοικήσας. 6. ἀποθέμενος] καὶ ἀποθέμενος A. 7. καταναγκάζων B. καταναγκάζοντα G. Conf. Maccab. II, 6. 9. Χασλεῦ G. 10. ἰώσηππον B. τὸν Ἰώσηππον G. 13. ἐκ τὸν τράχηλον B. 16. ἐκάθησεν B. μωδεεῖν B. μωδεεὶμ A. Μοδεεὶμ G. Vide Ioseph. Antiq. XII, 6. 17. αὐτῷ] αὐτοὶ A. 19. ἀβαρᾶν A. καὶ om. G. σαπφοῦς AB. Σάπφους G. Corrige Ἀπφοῦς ex Iosepho. ἐθρήνη B.

viros trucidari et civitatem succendi imperat; muris deinde disiectis et eversis aedibus, facultatibus quoque direptis mulieres et pueros captivos egit; spoliis mox in arce, civitate David nuncupata, Hierosolymorum videlicet loco munito, depositis; altis muris et firmis turribus, militum praesidio, armis cibisque illatis locum communivit. His actis misit Antiochus senem quendam Atheniensem, qui divino ac secundum Mosi legem cultu exstincto, ad profanum Graecorum ritum Iudaeos transire cogeret. Quocirca in dei templo Iovis Olympii statuam Chasleu mensis die decimo quinto anno iuxta Iosephi computum 145, et in Samaria Iovis Hospitalis simulacrum posuit; legis libros discerpi et flammis comburi, pueros circumcisos necari et e matrum collis suspensa mortuorum publice deferri praecepit; eam ob rem cadavera patrii instituti legibus observandis leto plurimi sese exposuerunt.

Eo tempore Matthias quidam sacerdos ex filiis Ioarim, Ioannis filius, Symeonis nepos, Hierosolymis egressus recessit in montem Modim. Erant porro illi filii quinque, Ioannes, cognomento Gaddes, Simon, nuncupatus Thasus, Iudas, dictus Maccabaeus, Eleazarus, qui et Abaran, ac Ionathas, qui Apphus. Hic sanctam urbem et saccis indutus eius calamitatem

μενος σάκκους. ἐλθόντα δὲ τὸν παρὰ τοῦ βασιλέως καταναγκάζοντα θύειν τοῖς εἰδώλοις ὡς εἶδε, τινὰ προσελθόντα Ἰουδαῖον ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐν Μωδεεὶμ τῇ πόλει δραμὼν ἔσφαξεν αὐτὸν, καὶ τὸν ἄνδρα τὸν παρὰ τοῦ Ἀντιόχου ἀναγκάζοντα θύειν, ὡς Φινεὲς τὸν Ζαμβρὶ υἱὸν Σαλὼμ καὶ τὴν Μαδιανῖτιν. καὶ ἐξῆλθε φεύγων σὺν τοῖς υἱοῖς καὶ ἄλλοις ὁμογνώμοσι πλείστοις εἰς τὴν B *ἔρημον. οἷς ἐπιπέμψας ὁ βασιλεὺς στράτευμα ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου ἀνεῖλεν αὐτῶν ἀμφὶ τοὺς χιλίους. Ματθίας δὲ βουλευσάμενος σὺν τοῖς φίλοις ἔγνω καλὸν εἶναι πολεμεῖν ὑπὲρ τῶν νομίμων ἐν σάββασι. καὶ ἐκράτησε πολλῶν καὶ πόλεις ἠλευθέρωσε καὶ βωμοὺς κατεστρέψατο. οὗτος ἀποθνήσκων περὶ εὐσεβείας τοῖς σὺν αὐτῷ διελέχθη, καὶ τοὺς υἱοὺς ἀντ᾽ αὐτοῦ κατέστησεν ἄρχοντας τοῦ λαοῦ, ὧν Ἰούδας ἡγεῖτο ὁ Μακκαβαῖος. πρὸς τοῦτον Ἀπολλώνιος Ἀντιόχου στρατηγὸς παραταξάμενος μετὰ δυνάμεων Σύρων καὶ Σαμαρέων ἀναιρεῖται σὺν πολλοῖς. ἔπειτα Σήρων ἄρχων δυνάμεως Συρίας ἐπελθὼν Ἰουδαίοις μετὰ δυνάμεως μεγάλης ἀναιρεῖται σὺν πολλοῖς. πρὸς ταῦτα ἀγανακτήσας Ἀντίοχος, μέλλων ἐπὶ τὴν Περσίδα πορεύεσθαι διὰ φόρων συναγωγὴν, ἐκέλευσε Λυ-* C *σίαν τὸν ἐπὶ τῶν πραγμάτων Ἰουδαίοις πολεμεῖν· ὃς Πτολεμαῖον καὶ Γοργίαν καὶ Νικάνορα στρατηγοὺς ἐκπέμπει, οἰόμενος τὸν Ῥωμαϊκὸν φόρον τὰ ͵α τάλαντα ἐκ τῶν Ἰουδαϊκῶν λαφύρων*

3. *ἐν μωδεεὶμ* B. *ἐμμωδεεὶμ* A. *ἐν Μοδεὶμ* G. 5. *ζαμβρὶ* B. *Ζαμρὶ* G. *μαδιανήτην* B. 12. Vulgo *διηλέχθη*. 14. *δυνάμεων* AB. *δυνάμεως* G. Iosephi (XII, 7.) comparatio docet Georgium dicere debuisse *μετὰ δυνάμεως Σαμαρέων*, omissis *Σύρων καί*. 15. *ἔπειτα — σὺν πολλοῖς* addidi ex AB. *Σήρων*] Codices *σύρων*. 18. *ἐπὶ*] *εἰς* G. 19. *τὸν*] *τῶν* B. 21. *τὰ ͵α* B. *χίλια* G.

cum filiis lugebat. Eum vero qui ex regis mandato idolis sacra facere cogeret et una Iudaeum quendam in civitate Modim immolare paratum cum cerneret, exsiliens sacrificaturum occidit, unaque senem ab Antiocho missum et ad impios ritum compellentem, ad Phinees instar Zamri filium Salom et Madianitidem confodientis, e medio propria manu sustulit; mox cum filiis et aliis eiusdem consilii consciis fuga se proripuit in desertum, in quos exercitu die Sabbati misso ex eis circa mille viros rex gladiis confecit. Matthias communicato cum amicis proposito etiam Sabbatis arma tractare, bello vitam legemque tueri aequi bonique consuluit; ex quo frequentes victoriae, urbes in libertatem vindicatae, eversae gentilium arae. Moriturus demum cum suis de religione habito tractatu, filios populi principes instituit, et Iudam Maccabaeum summum inter eos ducem. Antiochi dux Apollonius Syrorum et Samariensium copiis eductis commissoque praelio, e suis plures amisit et ipse vitam in conflictu reliquit. His exacerbatus Antiochus indicta in Persidem corrogandarum ergo pecuniarum profectione, Lysiam negotiis Iudaeae praefectum Iudaeos bello lacessere iubet, ac Ptolemaeo, Gorgia et Nicanore ducibus institutis, pendendum Romanis talentorum mille tributum ex Iudaeorum spoliis collecturum se sperabat. Illi ad Emmauntem

παριστᾶν. συμβαλόντες δὲ περὶ Ἐμμαοῦντα τοῖς Ἰουδαίοις ἡττῶνται δεινῶς, καὶ τῷ ἐφεξῆς ἔτει ὁμοίως πάσχουσιν Ἕλληνες. τότε Ἰούδας ἐλθὼν εἰς Ἱερουσαλὴμ, τὸν ναὸν ἐκάθηρε τῶν βδελυγμάτων, πολιορκῶν τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ φρουροῦντας καὶ τειχίζων τὴν πόλιν, τοῖς τε ἐν τῇ Ἀκραβεντήνῃ Ἰουδαίοις ἐπολέμει καὶ Ἀμμανίταις καὶ Τιμοθέῳ ἐπικειμένῳ τῇ Γαλααδίτιδι. Τυρίοις δὲ καὶ Σιδωνίοις καὶ Πτολεμαίοις πορθοῦσι τὴν Γαλιλαίαν τὸν ἀδελφὸν ἔπεμψε Σίμωνα καὶ πάντας ἀπέστησεν. ἐν οἷς κατὰ Ἰώ- D σηππον ἐπίτροπον τῆς πόλεως ὑπὸ Ἰούδα κατασταθέντα καὶ ἡ κατὰ Ἰαβανίαν πόλιν ἀποτυχία αὐτοῦ· εἶτα Ἰούδα τιμωρία εἰς Ἰόππην καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ διὰ τοὺς ὑπ' αὐτῶν καταποντωθέντας Ἰουδαίους, καὶ ἡ κατὰ Ἰαβινίας καὶ Τιμοθέου εὐδοκίμησις Ἰούδα.

Ἀντίοχος δὲ ὁ βασιλεὺς Ἐλυμαΐδι πόλει Περσικῇ διὰ πλοῦτον V. 224 πολὺν ἀποκείμενον ἐν αὐτῇ προσβαλὼν εἰς πόλεμον ἀποτυγχάνει. ἀπαγγελθέντων δὲ αὐτῷ καὶ τῶν Ἰούδα ἀριστευμάτων νόσῳ περιελθὼν ἀθυμίας καὶ ἀϋπνίας δεινῶς θνήσκει. Λυσίας δὲ τὸν P. 281 αὐτοῦ παῖδα Ἀντίοχον ἀνατρέφων Εὐπάτορα προσαγορεύσας ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καθιστᾷ, μετὰ δυνάμεώς τε πολλῆς καὶ ἐλεφάντων κατὰ Ἰουδαίων ἐπιστρατεύει. κρατερᾶς δὲ μάχης συστάσης καὶ τοῦ βασιλικοῦ θηρίου ὑπὸ Ἐλεαζάρου τοῦ Σαυαρὰν ἀναιρεθέντος ὁ

1. παριστᾶν B. περιστᾶν G. 3. τῶν βδελυγμάτων] ἀγαλμάτων G. 5. ἀκραβεντήνῃ B. ἄκρᾳ Βεττίνῃ G. Vide Iosephum XII, 8. 11. Ἰόππην] ἰώππην B. Ἰώσηππον G. 12. ἰαβινίας B. Ἰαβιννίας G. 18. ἀναγορεύσας G. 21. σαυαρὰν B. σαυαρᾶν A. Σαβαρὰν G.

cum Iudaeis congressi contrarium Martem experiuntur, quo pariter anno succedente afflictantur Graeci. Iudas victoriis elatus et in Hierusalem profectus, templo idolis expurgato, praesidium in arce positum obsidet, urbis moenia restaurat, et cum Acrabettinensibus Idumaeis, cum Ammanitis et Timotheo per Galaaditidem regionem grassantibus frequentioribus praeliis dimicat. Tyrios etiam, Sidonios et Ptolemaicas copias Galilaeam depraedantes misso fratre Simone reprimit. Temperavit nihilo secius victoriarum successum clades ad Iamniam civitatem accepta, et Iosephi, quem Iudas urbi procuratorem dederat, proditio, quam Iosephus ipse sanguine expiavit; poena quoque a sceleratis civibus expetita propter Iudaeos oppressos, res quoque adversus Iamniam et Timotheum gestae Iudae nomen clarius reddidere.

Antiochus autem rex Elymaidem civitatem Persicam immensis opibus in ea repositis locupletem bello capere molitus, spe frustratur; praeclaris quoque Iudae facinoribus auditis, morbo corripitur et moerore somnique inedia iactatus interiit. Lysias filium eius Antiochum, eius enim erat nutritius, Eupatorem appellatum in solio collocat et cum copioso militum et elephantum numero in Iudaeos movet; crudeli hinc inde certamine inito, Eleazarus Auranes regium elephantem confodit; rexque demum cum Iu-

βασιλεὺς Ἰουδαίοις ἐσπείσατο. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν πόλιν καθεῖλε
τὸ τεῖχος μετὰ τοὺς ὅρκους Ἰούδαν καταλιπὼν ἄρχειν μέχρι Πτο-
λεμαΐδος. καὶ ἀναζεύξας εἰς Ἀντιόχειαν ὀξέως κατὰ Φιλίππου ἐκ
Περσίδος ἐπανελθόντος σὺν ταῖς δυνάμεσι καὶ τὴν βασιλείαν εἰς
ἑαυτὸν περιστήσαντος, ὃν πολιορκήσας κατέλαβε τὴν Ἀντιόχειαν.
B αὐτός τε παραυτὰ ἐκβληθεὶς ὑπὸ Δημητρίου υἱοῦ Σελεύκου ὁμη-
ρεύοντος ἐν Ῥώμῃ καὶ κατελθόντος εἰς Τρίπολιν τῆς Φοινίκης πλῷ,
ἐν ἡμέραις ἀναιρεῖται συλληφθεὶς ἅμα τῷ Λυσίᾳ παρὰ τοῦ πλή-
θους, προστάξει Δημητρίου ἀδελφιδοῦ μὴ ἀνασχομένου θεά-
σασθαι αὐτὸν, βασιλεύσας ἔτος ἓν ἥμισυ· μεθ' ὃν ὁ αὐτὸς
Δημήτριος βασιλεύει ἔτη ιβ'. τούτῳ προσφεύγουσιν ἀσεβεῖς τι-
νες Ἰουδαῖοι, ὧν ἡγεῖτο Ἄλκιμός τις ἐκ τοῦ ἱερατικοῦ γένους.
οὗτος τοῦ Ἰούδα κατηγορεῖ τὴν ἱερωσύνην τε πρὸς τοῦ Δημη-
τρίου ἐγχειρίζεται. διὰ τοῦτο καὶ εἰς τὴν πατρίδα Βακχίδην στρα-
τηγὸν ἔχων μετὰ δυνάμεως ἔρχεται κατὰ τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν ὁμο-
C φύλων. λόγοις δὲ πείθειν τὸν Ἰούδαν οὐ δυνηθεὶς ὁ Βακχίδης
δολεροῖς σὺν τῷ ἀνιέρῳ Ἀλκίμῳ τῶν Ἰουδαίων ἐπισήμους ἄνδρας
ξ' λόγοις εἰρήνης ἀπατήσαντες ἀνεῖλον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ· τήν τε
ἱερωσύνην κατορθώσας τῷ Ἀλκίμῳ Βακχίδης ἀνέζευξε πρὸς Δη-
μήτριον. μετὰ δὲ ταῦτα πολλοὺς τῶν ἀσεβῶν τιμωρουμένου τοῦ
Ἰούδα Δημήτριος Νικάνορα μετὰ δυνάμεως πέμπει καταλῦσαι
τὸν πόλεμον τῷ Ἰούδα, γῆμαί τε καὶ παιδοποιήσασθαι. τούτοις

2. καταλειπὼν B. 4. ἐπανελθόντος m. ἐπανελθόντι G. καὶ om. G. 5. κατελάβετο B. 7. πλῷ B. πλωῒ G. 8. παρὰ add. B. 12. ἐκ τοῦ om. G. 16. βακχήδης B. 17. Ἰουδαίων] ἀσιδαίων B.

daeis pacem componit. Et ingressus civitatem foederibus violatis civitatis moenia diruit; Iudam vero ad Ptolemaidem usque dominari permittit. Mox Antiochiam celeriter regressus Philippo ex Perside cum exercitu revertenti et regnum sibi vindicanti vires adversas opponit et Antiochiam obsidione captam ingreditur. Demum a Demetrio Seleuci, qui Romae fuerat obses, et navi Tripolin Phoenices appulerat paucis diebus interpositis cum Lysiae copiis comprehensus Demetrii consobrini iussu, cuius colloquium nulla ratione potuit obtinere, interficitur, regnum moderatus anno solo et dimidio, cui Demetrius annis 12 successit. Ad eum Iudaei quidam sceleribus insignes, quorum princeps fuit Alcimus sacerdotali stirpe natus, confugiunt. Hic Iuda plurimorum accusato, pontificis dignitatem a Demetrio consequitur. Quocirca Bacchidis ducis et armatorum comitatu fretus Iudam et contribules ulturus revertitur. Cum vero Bacchides et sacrilegus Alcimus dolis Iudam circumvenire non possent, viros Iudaeos sexaginta, fraudulentae pacis obtentu deceptos uno die confecerunt; et pontificiis infulis Alcimo a Bacchide delatis, Bacchides ipse ad Demetrium rediit. Imperiorum deinde Iudaeorum crimina poenis ultricibus Iuda persequente, Nicanorem cum apparatu bello in Iudam mittit Demetrius ....

δ' οὐκ ἀρεσθεὶς Ἄλκιμος διέβαλε τὸν Νικάνορα αἰτῶν ζῶντα συλλαβεῖν τὸν Ἰούδαν. πολέμου δὲ συστάντος νικῶσιν οἱ περὶ τὸν Ἰούδαν, πίπτει δὲ Νικάνωρ, ἀποτμηθείς τε τὴν κεφαλὴν σὺν τῇ δεξιᾷ εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀνεσταυρώθη. Ἰούδας Ῥωμαίοις καὶ D Λακεδαιμονίοις φιλοῦται. Δημήτριος μανεὶς πέμπει Βακχίδην σὺν Ἀλκίμῳ κατὰ τοῦ Ἰούδα. οἱ δὲ ἐπελθόντες τῷ Ἰούδα περὶ τὴν Βασὰν οὐκ ἔχοντι πλὴν ω' ἀνδρῶν συμβάλλουσι. καὶ πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων πολλῶν Ἰούδας ἀριστεύων θνήσκει. τούτοις ἀκόλουθα περιέχει ἡ αὐτὴ πρώτη τῶν Μακκαβαϊκῶν βίβλος τὰ κατὰ Ἰωνάθην καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. ἡ δὲ τρίτη τὰ πρὸ τούτων πραχθέντα δεινὰ ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Εὐπάτορος εἰς Ἰουδαίους. εἰσὶ δὲ τὰ τῶν ἀνιέρως διὰ χρημάτων κρατησάντων Σίμωνος, Ἰάσωνος, Μενελάου καὶ Λυσιμάχου ἐπὶ τῆς ἀπιστίας Σελεύκου καὶ Ἀντιόχου ἔτη ιθ', καθὼς τοὺς ὄπισθεν καὶ τοὺς με- P. 282 τέπειτα ἀρχιερεῖς ὁ τὴν βίβλον συνταξάμενος ἐστοιχείωσε.

Μακεδόνων βασιλεῖς.

Μακεδόνων ιδ' ἐβασίλευσεν Ἀντίγονος ὁ Φοῦσκος ἔτη ιβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵εσξθ'.

Μακεδόνων ιε' ἐβασίλευσε Φίλιππος υἱὸς Δημητρίου ἔτη καθ' V. 225 ἑαυτὸν μβ', ἐκ Χρυσηΐδος τῆς αἰχμαλώτου. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵εσπα'.

1. διέβαλε B. διέβαλλε G. αἰτῶν] ζητῶν G. 3. τε] δὲ B. 12. ἀνιέρως] ἀνιέρων G. 13. ἀπιστείας B. 16 om. B. 21. ͵εσπα' B. ͵εσξπα' (sic) A. ͵εσξα' G.

connubia nectere et filiis procreandis vacare. His parum contentus Alcimus Nicanorem incusat et Iudam vivum comprehendere contendit. Certamine vero commisso cadit ipse Nicanor, et capite dextraque praecisis, Hierosolymis cruci suffixus est. Iudas Romanis et Lacedaemoniis amicitia iungitur. Demetrius ira percitus Bacchidem et Alcimum mittit in Iudam. Illi ad Basan fines cum Iuda viris duntaxat 800 stipato congressi, caesis ex utraque parte plurimis, Iudam vires ostentantem bellicas opprimunt. His adiuncta continet Maccabaeorum liber iste primus, res nimirum ab Ionatha et eius fratribus gestas; tertius praevias calamitates ab Eupatore Ptolemaeo in Iudaeos inductas narrat; quae videlicet a sacrilegis Simone, Iasone, Menelao et Lysimacho sub Seleuci et Antiochi infidelium regno pecuniarum largitione potestatem assequutis per annos novemdecim sunt attentata; prout retropositos et succedentes pontifices memoratorum auctor librorum recensuit.

Macedonum reges.

Macedonum rex 14 Antiochus Phuscus annis 12, mundi vero 5269.

Macedonum rex 15 Philippus Demetrii filius e Chryseide captiva natus annis 42 regnavit solus; mundi vero 5281.

Ἐπὶ τούτου τοῦ Φιλίππου Τίτος Ῥωμαίων στρατηγὸς εἰς Μακεδονίαν ἐλθὼν κρατεῖ μὲν χειρὶ Μακεδόνων καὶ ὑπὸ Ῥω-
B *μαίους τίθησι, συμμαχῶν Ἀννίβᾳ καὶ Καρχηδονίοις κατὰ Ῥωμαίων συνθεμένοις, ὅμηρόν τε λαμβάνειν Δημήτριον τὸν αὐτοῦ παῖδα, ὑπαγόμενος καὶ Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς λοιποὺς Ἕλληνας φιλανθρωπίᾳ καὶ πραότητι καὶ συνέσει τὴν ἐλευθερίαν παρέσχε.*

Τότε Ἐρατοσθένης ἐγνωρίζετο.

Μακεδόνων ιϛʹ ἐβασίλευσε Περσεὺς ἔτη ηʹ καὶ μῆνας θʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ετκγʹ.

Ἐπὶ τούτου τοῦ Περσέως τὰ Μακεδόνων καταλέλυται περὶ
C *τὴν Πύδναν κατὰ κράτος ὑπὸ Ῥωμαίων ἡττηθέντων. ἡγεῖτο δὲ τῶν στρατευμάτων Αἰμίλιος Μάρκος τῆς Ῥωμαίων βουλῆς εἷς ὢν, ἄριστος ὑπατικός. οὗτος Περσέα λαβὼν ζῶντα ἅμα δυσὶν υἱοῖς καὶ μιᾷ θυγατρὶ πᾶσάν τε τὴν Μακεδόνων βασιλείαν εἰς Ῥώμην ἀπήγαγε.*

Μακεδόνων ιζʹ ἐβασίλευσε Ψευδοφίλιππος ἔτος ἕν. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ετκδʹ.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας βασιλεῖς.

D *Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας τέταρτος ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἔτη ιζʹ, τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵εσογʹ.*

3. *συμμαχῶν* Scaliger. Vulgo *συμμαχεῖν*. *ἀννίβα καὶ* A. *ἀννιβὰ καὶ* B. *Ἀννίβα δὲ* G. *Καρχηδονίοις — συνθεμένοις — λαμβάνει* Scaliger. Libri *καρχηδονίους — συνθεμένους — λαμβάνειν*.
13. *εἷς ὢν*] *εἷς ὢν* B. *εἰς ὃν* G. 18. *͵ετλβʹ* m. 19. *αἰγυπτίων* B.

Eo regnante Titus (Quintius) Romani dux exercitus expeditione in Macedoniam suscepta bellico robore Macedones profligat, belli societatem adversus Annibalem et Carthaginenses Romani nominis hostes cum Romanis inire cogit et foederis obsidem Demetrii filium abducit. Lacedaemoniis autem et reliquis Graecorum humanitate, mansuetudine et solertia sibi usitata sub manum missis libertatem reliquit.

Eo tempore Eratosthenes celebrabatur.

Macedonum rex 16 Perseus annis 8 et mensibus 9; erat porro mundi annus 5323.

Perseo regnante a validissimo Romanorum exercitu Macedonum imperium ad Pydnam deletum est. Romanas acies Marcus Aemilius senatorii ordinis ac consul optimus ducebat. Hic Perseum vivum cum filiis duobus masculis et filia unica captum Romam abduxit unaque Macedonum regnum universum Romae subdidit potestati.

Macedonum rex 17 Pseudophilippus anno uno, mundi vero 5332.

Aegypti et Alexandriae reges.

Aegypti et Alexandriae rex 4 Ptolemaeus Philopator annis 17, mundi vero 5273.

Ἀντίοχος ὁ μέγας Πτολεμαίου τὴν Ἰουδαίαν κρατοῦντος τοῦ Φιλοπάτορος πολέμῳ νικήσας αὐτὸν τὴν χώραν ἀφείλατο. ἡ τρίτη τῶν Μακκαβαίων βίβλος περὶ τοῦ Φιλοπάτορος τούτου Πτολεμαίου ἱστορεῖ, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἀντιστρόφῳ τάξει.

Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας εʹ ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη κδʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵εσϟʹ.

Ἀντίοχος μέγας Πτολεμαίῳ τῷ Ἐπιφανεῖ φιλωθεὶς Κλεοπά- P. 283 τραν ἔγημε θυγατέρα αὐτοῦ καὶ λόγῳ φερνῆς αὐτῆς Συρίαν, Φοινίκην Σαμάρειάν τε καὶ Ἰουδαίαν ἔλαβε παρ᾽ αὐτοῦ, ἣν πρὸ μικροῦ λαβὼν ἦν διὰ Σκόπα στρατηγοῦ ὁ Πτολεμαῖος.

Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανὴς τὴν Ἰουδαίαν καὶ ἄλλας πόλεις τῆς Συρίας πέμψας ἐχειρώσατο διὰ Σκόπα στρατηγοῦ. πρὸς ὃν Ἀντίοχος ὁ μέγας αὖθις πολεμήσας ταύτας ἐχειρώσατο, συμμαχούντων αὐτῷ καὶ Ἰουδαίων, οἷς δι᾽ ἐπιστολῶν πολλὰ μαρτυρήσας δωρεαῖς μεγάλαις ἐτίμησεν.

Ὑρκανὸς Ἰωσήππου παῖς στρατηγοῦ τῶν Ἰουδαίων πρὸς Πτολεμαῖον ἐλθὼν καλῶς ὑπεδέχθη. οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πρὸς αὐ- B τὸν στασιάσαντες μεγάλης ταραχῆς αἴτιοι γεγόνασιν Ἰουδαίοις.

Πτολεμαίου τοῦ Ἐπιφανοῦς ἀποθανόντος κδʹ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ δύο παῖδες αὐτοῦ Πτολεμαῖοι τὴν ἀρχὴν μετ᾽ αὐτὸν διεδέξαντο, ὧν ὁ πρεσβύτερος Φιλομήτωρ ἐπεκέκλητο, ὁ δὲ νεώτερος Εὐεργέτης. πρὸς ἀλλήλους δὲ στασιάζοντες ἐναλλὰξ ἐβασί-

2. τρίτη] Vide Eusebium p. 353. 10 et 12. σκοπᾶ B. Σκοποῦ G. 19. τοῦ] τούτου G. τῷ κδʹ G. ἔτει add. B. 20. οἱ δύο G.

Antiochus magnus Ptolemaeo Philopatori Iudaeam sibi vindicanti et armis victo memoratam abstulit regionem. De hoc Philopatore Maccabaeorum liber tertius narrationem instituit; verum cur ordine praepostero eam pertexat, hucusque me latet.

Aegypti et Alexandriae rex 5 Ptolemaeus Epiphanes annis 24, mundi vero 5290.

Antiochus Magnus pace cum Ptolemaeo Epiphane firmata Cleopatram eius filiam duxit uxorem; dotis vero nomine Syriam, Phoenicem, Samariam et Iudaeam Scopae ducis virtute nuper recuperatam ab eo accepit.

Ptolemaeus Epiphanes Scopa duce Iudaeam et alias Syriae civitates subiectas reddidit; in quem Antiochus Magnus educto exercitu, et Iudaeis quos litterarum promissis et magnis muneribus sibi conciliavit opem ferentibus, suo restituit imperio.

Hyrcanus Iosephi Iudaeorum ducis filius ad Ptolemaeum profectus humaniter receptus est; eius vero fratres in eum tumultuati ingentium malorum Iudaeis auctores praebuerunt.

Ptolemaeo isto Epiphane vita functo anno regni 24 filii duo Ptolemaei regnum post eum exceperunt; seniori cognomentum Philometor, iuniori Euergetes. Dissidio inter eos exorto, alternis vicibus potestatem exercere

λευσαν. διὸ καὶ σύγχυσις γέγονε περὶ τοὺς χρόνους αὐτῶν. πρῶ-
V. 226 τος γὰρ ὁ Φιλομήτωρ μόνος ια' ἔτη ἐβασίλευσεν, εἶτα ὑπὸ Ἀν-
τιόχου ἐξεβλήθη ἐπιστρατεύσαντος κατ' αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον,
καὶ ἀφελόντος αὐτοῦ τὸ διάδημα, κρατεῖ τῶν πραγμάτων Πτολε-
C μαῖος ὁ Εὐεργέτης ὁ νεώτερος ἀδελφὸς τοῦ Φιλομήτορος γνώμῃ
τῶν Ἀλεξανδρέων. διώκεται δὲ καὶ Ἀντίοχος, λυτρωθέντος καὶ
τοῦ Φιλομήτορος, καὶ βασιλεύουσιν οἱ δύο ἀπὸ τοῦ ιβ' ἔτους
ἕως τοῦ ιζ'. ἐχρημάτισεν οὖν παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι τῷ ιβ' τοῦ Φι-
λομήτορος ἔτει πρῶτον ἔτος τοῦ Εὐεργέτου, καὶ ἐβασίλευσαν
οἱ δύο ἐν ὁμονοίᾳ ἀπὸ τούτου τοῦ ιβ' ἔτους τοῦ Φιλομήτορος ἕως
τοῦ ιζ' ἔτους αὐτοῦ, ς' δὲ τοῦ Εὐεργέτου. καὶ πάλιν στασιάζουσι
κατ' ἀλλήλων, καὶ χρηματίζει ἀπὸ τοῦ ιη' ἔτους μόνου τοῦ
Φιλομήτορος ἡ κατ' Αἴγυπτον ἀρχὴ, παραχωρήσαντος τῷ ἀδελ-
φῷ τὴν Λιβύης καὶ Κυρήνης ἀρχὴν μετὰ τὴν ἐν Κύπρῳ μάχην,
D καθ' ἣν ἐλαττωθεὶς ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἀβλαβὴς ἔμεινε, φι-
λανθρώπως αὐτῷ χρησαμένου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ μὴ μόνον
τὴν εἰρημένην ἐγχωρήσαντος αὐτῷ χώραν, ἀλλὰ καὶ σίτου πλῆ-
θος λαμβάνειν κατ' ἐνιαυτὸν, τοῦτο μὲν διὰ χρηστότητα καὶ
συγγένειαν φυσικὴν, τοῦτο δὲ, ὥς φασι, καὶ διὰ τὸν ἀπὸ τῶν
Ῥωμαίων φόβον ὑπερασπιζομένων αὐτοῦ. κρατεῖ γοῦν ὁ αὐτὸς
Φιλομήτωρ μετὰ τὸ ιζ' ἔτος ἄλλα ἔτη ιη'. οὗ κατὰ τὴν Συρίαν
ἀποθανόντος, ἐγκρατὴς γὰρ καὶ τῶν ἐκεῖσε γέγονε τόπων, με-

1. πρῶτος] πρῶτον G. 12. μόνου] μόνον G. 15. Πτολεμαῖος om. G. 17. ἐγχωρήσαντος αὐτῷ B. αὐτῷ ἐγχωρήσαντος A. αὐτῷ συγχωρήσαντος G.

convenerunt; quae inter scriptores de annis eorum discriminis origo fuit. Primum enim Philometor solus annis undecim regnavit; deinde ab Antiocho bello Aegyptum impetente ac regni diadema auferente eiectus est; Ptolemaeus autem Euergetes Philometoris frater iunior de Alexandrinorum consilio regnum occupat. Philometore liberato, cedere cogitur Antiochus, ac pari consensu regnum uterque moderatur a duodecimo ad annum decimum septimum. In annum igitur Philometoris 12 Euergetis primus apud Alexandrinos incurrisse censendus est; quare concordibus animis alter alteri regni collegam se praebuit a Philometoris 12 ad eiusdem 17, qui sextus fuit Euergetis annus. Discissis iterum animis et fratribus bello civili sese lacessentibus a Philometoris duntaxat 18 annos imperii numerandos decreverunt Aegyptii, cum pugna in Cypro commissa, iunior inferior quidem, illaesus tamen omnino remansit, senior vero Libyae et Cyrenes ditione ei concessa humanitatem in eum exercuit supremam. Regionem enim cui dominaretur non permisit modo, verum etiam annuam frumenti annonam assignavit; quae partim ex innata sibi mansuetudine et necessitudine sanguinis, partim, aiunt nonnulli, ex Romanorum fratris iura tuentium metu praestitit. Philometoris itaque regni mensura, post memoratos 17 annorum est aliorum 18, quibus imperavit. Eo vero in Syria obeunte (Syriae quippe

τακληθεὶς ἐκ Κυρήνης ὁ Εὐεργέτης λεγόμενος β' κρατεῖ τῆς Αἰγύπτου λοιπὰ ἔτη κθ' μόνος μετὰ θάνατον τοῦ πρεσβυτέρου ἀδελφοῦ, ὡς γίνεσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον τῶν ἑκατέρων ἀδελφῶν P. 284 λε' καὶ κθ', ἤτοι ἔτη ξδ'. Διόδωρος δέ φησιν ὅτι ιε' ὁ νεώτερος Πτολεμαῖος ἐβασίλευσε μετὰ τὸν πρεσβύτερον ἀδελφὸν, πολλάς τε παρανομίας διεπράξατο, τήν τε ἰδίαν ἀδελφὴν Κλεοπάτραν γήμας καὶ πολλοὺς περιβαλὼν ψευδῶς, ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρῶν, τοὺς δὲ συκοφαντίαις φυγαδεύων καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος.

Συρίας καὶ Ἀσίας βασιλεῖς.

Συρίας καὶ Ἀσίας δ' ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ B ἐπικληθεὶς Καλλίνικος, ὁ αὐτὸς καὶ Σέλευκος, ἔτη κα'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,εσλη'.

Ἐν τούτου τοῦ Ἀντιόχου Πέρσαι τῆς Μακεδόνων καὶ Ἀντιόχων ἀρχῆς ἀπέστησαν, ὑπ' αὐτοὺς τελοῦντες ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἀρσάκης τις καὶ Τηριδάτης ἀδελφοὶ τὸ γένος ἕλκοντες ἀπὸ τοῦ Περσῶν Ἀρταξέρξου ἐσατράπευον Βακτρίων ἐπὶ Ἀγαθοκλέους Μακεδόνος ἐπάρχου τῆς Περσικῆς. C ὃς Ἀγαθοκλῆς ἐρασθεὶς Τηριδάτου, ὡς Ἀρριανός φησιν, ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸν νεανίσκον σπουδάζων ἐπιβουλεῦσαι διαμαρτήσας ἀνῃρέθη παρ' αὐτοῦ καὶ Ἀρσάκου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ,

7. περιβαλὼν B. περιβάλλων G. 8. ἀναιροῦν A. 11. Ἀντίοχος] ὁ Ἀντίοχος G. 19. ὃς Scaliger p. 68. ὡς AB. omisit G. τηριδάτου B. Τηριδάτῃ G. ἀρριανὸς B. Ἀριανὸς G.

loca plurima tenebat subiecta), Euergetes nominis secundus Cyrene advocatus, Aegypti regno solus potitur a fratris morte annis 19, adeo ut temporis ab utroque fratris in regno exacti summa sit 35 et 29, hoc est annorum omnino 64. Post senioris mortem Ptolemaei fratris iunioris regnum annorum fuisse 15 Diodorus narrat; vitam etiam sceleribus conspurcasse, adeo ut sororem propriam delegerit uxorem et insidiarum sibi structarum nomine plurimos implicuerit, et hos quidem caedibus, alios exsilio, alios facultatum publicatione falso et ex mera calumnia multaverit.

Syriae et Asiae reges.

Syriae et Asiae rex 4 Antiochus, Antiochi Dei filius, cognomento Callinicus, idemque Seleucus, annis 21, mundi vero 5238.

Huius Antiochi tempore Persae ab Alexandri conditoris imperio Macedonibus et Antiochis subiecti, ab eis ex causa huiusmodi defecerunt. Arsaces et Teridates fratres generis originem in Artaxerxem Persarum quondam principem referentes satraparum munus in Bactros exercebant, circa Macedonis Agathoclis Persiae praefecturam administrantis tempestatem. Agathocles, scribit Arianus, fratrum alteri, Teridate nimirum carus, iuveni struebat insidias, a quibus aberrans ab eo et pariter a fratre Arsace morti tradi-

καὶ βασιλεύει Περσῶν Ἀρσάκης, ἀφ᾽ οὗ οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀρσακίδαι ἐχρημάτισαν, ἔτη β΄, καὶ ἀναιρεῖται, καὶ μετ᾽ αὐτὸν Τηριδάτης ἀδελφὸς ἔτη λζ΄.

Συρίας ε΄ ἐβασίλευσε Σέλευκος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος, υἱὸς Σελεύκου τοῦ Καλλινίκου, ὁ Κεραυνὸς ἐπικληθεὶς, ἔτη γ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵εσνθ΄.

D V. 227 Συρίας ϛ΄ ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ ἐπικληθεὶς μέγας, ἔτη λϛ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵εσξβ΄.

Οὗτος ὁ κληθεὶς μέγας Ἀντίοχος κατὰ μὲν τινὰς ἀδελφός ἐστι Σελεύκου τοῦ πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσαντος Κεραυνοῦ, κατὰ δὲ ἑτέρους υἱὸς αὐτοῦ. ἀρχὴν δὲ ἔλαβεν ἡ αὐτοῦ βασιλεία κατὰ τὴν ρλζ΄ ὀλυμπιάδα, καὶ οὐχ ὡς Εὐσεβίῳ δοκεῖ κατὰ τὴν ρλθ΄.

Κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους Ἀντίοχος Ῥωμαίοις πολεμεῖν ὁ μέγας ἤρξατο Ἀννίβα κατὰ τὰς Σπανίας καὶ τὴν Καρχηδόνα στρατηγοῦντος καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων καταπολεμουμένου καὶ πολεμοῦντος πρὸ τῆς εἰς Βιθυνίαν φυγῆς πρὸς Προυσίαν. καὶ πρῶτον
P. 285 μὲν ἐν Θερμοπύλαις τῆς Ἑλλάδος Ῥωμαίοις συμβαλὼν ὁ αὐτὸς μέγας Ἀντίοχος ἡττᾶται. ἔπειτα δὲ συλλέξας στρατόπεδα καὶ Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον ἐκ Βιθυνίας προσλαβόμενος, πρὸς Θυατείροις πόλει τῆς Λυδίας αὖθις Ῥωμαίοις πολεμεῖ, Σκιπίωνος Ἀφρικανοῦ σὺν ἀδελφῷ Σκιπίωνι στρατηγοῦντος. καὶ οὗτος ἡττᾶται,

5. ἐπεκλήθη G. 10. Σελεύκου] τοῦ Σελεύκου G. 14. ἀννηβᾶ B. 17. ὁ Μέγας αὐτὸς G. 18. Ἀννίβαν] ἀννηβᾶν B per totam paginam 285. 19. Θυατείρων πόλιν G. 20. Σκιπίωνος] Σκηπίωνος vulgo hic et infra.

tur; ita Persarum regnum arripit Arsaces, a quo deinceps Persarum principes Arsacidae nuncupati, eoque duos annos potitus occiditur, cui Teridates successit annis 37.

Syriae rex 5 Seleucus, qui Alexander et Ceraunus, id est Fulmen, dictus, Seleuci Callinici filius, annis 3, mundi vero 5259.

Syriae rex 6 Antiochus eius frater, cognomine Magnus, annis 36, mundi vero 5262.

Antiochus iste Magni nomen promeritus, frater, ut nonnullis placet, Seleuci, eius qui praecessit in regno, Cerauni; ut alii vero sentiunt eius filius, circa Olympiadem 137, non ut Eusebio videtur, 139, imperium auspicatus est.

Sub istud tempus arma in Romanos movere Magnus Antiochus exorsus est, quo nimirum Annibal cum in Hispania, tum Carthagine Romanis iisdem oppositas copias agens non infrequenter superatus, ac nonnunquam victor superesset, priusquam Prussiam Bithyniae civitatem fuga se reciperet. Ac primo quidem praelio Magnus hic Antiochus Thermopylis Graecis, Romanis congressus inferior recedit; reparata deinde acie et Annibale Carthaginensium duce e Bithynia advocato, ad Thyatira Lydiae civitatem secundum cum Romanis certamen init, quo Africano Scipione et altero fratre

ὥστε αὐτὸν ὑπόσπονδον γενέσθαι Ῥωμαίοις τελοῦντα χίλια τάλαντα καὶ τριήρεις πολλὰς δόντα καὶ τὴν δαπάνην τοῦ πολέμου. Ἀννίβας δὲ πρὸς Προυσίαν φυγὼν αὖθις ἀπὸ Θυατείρων φαρμάκῳ τελευτᾷ τὸν βίον τῷ φόβῳ Ῥωμαίων.

Ἐπὶ τούτου ἐπράχθη τὰ κατὰ τὴν πρώτην τῶν Μακκαβαίων βίβλον παρὰ Ἰουδαίοις ἱστορούμενα.

Ἔτι δὲ καὶ ὁ πρὸς Καρχηδονίους δεύτερος πόλεμος κινεῖται, B κρατήσας καὶ αὐτὸς ἔτη ιθ' Ῥωμαίοις. Ἀννίβας γὰρ Καρχηδονίων στρατηγὸς νέος τῷ φρονήματι καὶ τῇ ἡλικίᾳ Σπανίαν κατέσχεν οὖσαν ὑπὸ Ῥωμαίους, καὶ τῇ Ἰταλίᾳ αὐτῇ ἐπῆλθε συμμαχούντων αὐτῷ Γάλλων καὶ ἄλλων πολλῶν βαρβάρων. πρῶτοι οὖν αὐτῷ Κορνήλιος Σκιπίων καὶ Σεμπρώνιος Γράκχος ὕπατοι πολεμοῦσιν, οἳ καὶ φυγόντες μόλις διασώζονται τοῦ κινδύνου. μεθ' οὓς Λούκιος Φλαμίνιος πολεμήσας αὐτῷ μετὰ τῆς δυνάμεως διεφθάρη. τρίτος πρὸς αὐτὸν ἀγωνίζεται Φάβιος Μάξιμος ἀνὴρ στρατηγικὸς ὑπατεύων καὶ τρέπει τὸν Ἀννίβαν στρατηγίᾳ μᾶλλον, οὐ δυνάμει κρατήσας. C

Τότε καὶ Ἀρχιμήδης γεωμέτρης τοῖς μηχανήμασι Ῥωμαίους ἀπώσατο πολλάκις πολιορκοῦντας Συρακούσας, οἰκῶν ἐν αὐταῖς. ἔνθα καὶ ἀναιρεῖται ὑπό τινος στρατιώτου τῆς πόλεως ἄφνω ληφθείσης, ἑορταζόντων Συρακουσίων, παρὰ γνώμην

3. Προυσίαν] Περσίαν G. θυατήρων B, qui supra θυατήροις. 14. Φλαμίνιος Scaliger p. 69. Vulgo Φαλαμήνιος. δυνάμεως] δυνάμενος B. 16. ὑπατεύων om. G. 17. οὐ] ἢ m. 18. ῥωμαίους B. Ῥωμαίοις G. 19. συῤῥακούσας A. 21. συρακουσίων B. Συῤῥακουσίων G.

Scipione ducibus adversum Martem expertus vincitur; adeo ut foederatum se devinciret, talentisque mille annuatim pensis triremes plurimas bellique sumptus exhiberet. Annibal autem iterata fuga Thyatiris secedens fugit Prusiam Ponti, Romanorumque metu vitam sibi veneno praeripuit.

Huius Antiochi aetate quae libro Maccabaeorum primo narrantur ab Iudaeis sunt gesta.

Alterum in Carthaginenses a Romanis movetur bellum annorum 19 spatio. Annibal enim Carthaginensium dux iuvenis viribus et animo pollens Hispaniam Romanis prius subditam occupavit, et Gallis barbarisque plurimis nationibus adscitis ipsam quoque Italiam armis invadere molitus est. Primi consules cum eo manus conserturi Cornelius Scipio et Sempronius Gracchus destinati, qui fugam passi vix periculo mortis evadunt; post eum Lucius Flaminius cum Romanorum acie tota profligatur. Tertius adversus eos certat Fabius Maximus, vir militiae peritissimus, qui arte potius et prudentia quam viribus frangit Annibalem.

Sub id tempus Archimedes clarus geometra Romanos Syracusas obsidione prementes machinis fabricatis urbe cuius erat inquilinus arcuit. Syracusiis autem festivitate explenda occupatis, urbe inopinato capta, a mi-

Μαρκέλλου στρατηγοῦ Ῥωμαίων, ὃς ὑπὸ Ῥωμαίους αὖθις τὴν Σικελίαν θεὶς ἐπινίκιον πομπὴν ἐθριάμβευσε.

Πολλῶν δὲ ἄλλων Ῥωμαίων στρατηγῶν μετὰ ταῦτα πολεμησάντων Ἀννίβᾳ κρατοῦντι Καρχηδόνος καὶ Ἱσπανίας καὶ μὴ κατισχυσάντων αὐτοῦ τέλος Σκιπίων Ἀφρικανὸς τρέψας τὴν Ἀννίβα D *δύναμιν ἐν Ἱσπανίᾳ κατὰ τὴν ρμε′ ὀλυμπιάδα ὑπατεύσας τε καὶ κατ᾽ ἐξουσίαν λοιπὸν διοικῶν τὴν ὅλην Ἰταλίαν ἐπὶ Καρχηδόνα διέπλει στόλῳ μεγάλῳ καὶ τὴν ἅπασαν πορθεῖ πρὸς τῇ Λιβύῃ χώραν Καρχηδονίων, ὥστε τοὺς ἐν τέλει Καρχηδονίους μεταστείλασθαι τὸν Ἀννίβαν ἐξ Ἰταλίας· ᾧτινι Σκιπίων συγκρούσας ἐπανιόντι πρὸς τῇ Καρχηδόνι κρατεῖ τῆς μάχης τοσοῦτον ὥστε φυγεῖν τὸν Ἀννίβαν καὶ πρὸς τὸν Βιθυνίας ἐλθεῖν βασιλέα* V. 228 *εἰς Προυσίαν αἰδούμενον Καρχηδονίους. τότε καὶ Καρχηδόνα Ῥωμαίοις ὁ αὐτὸς Ἀφρικανὸς Σκιπίων ἐπικληθεὶς ὑπὸ τῆς συγκλή-* P. 286 *του βουλῆς διὰ τὸ τηλικοῦτον κατόρθωμα παρεστήσατο καὶ θρίαμβον ἐν Ῥώμῃ κατήγαγε.*

Συρίας ζ′ ἐβασίλευσε Σέλευκος τρίτος υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιβ′. οὗτος καὶ Φιλοπάτωρ ἐλέγετο. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,εσϟη′.

Συρίας η′ ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη ια′. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,ετι′.

Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς Συρίας βασιλεύων πρῶτον μὲν Πτολε-

1. *ὃς ὑπὸ Ῥωμαίους* addidi ex B. 4. *ἰσπανίας* B. *Σπανίας* G. 7. *λοιπὸν* B. *λαβὼν καὶ* G. 8. Vulgo *Λιβύϊ.* 10. *συγκρούσας Σκηπίων* G. 12. *πρὸς τὸν τῆς* G. 17. *ἐβασίλευσε*] *βασιλεὺς* G.

lite quodam praeter Marcelli Romanorum ducis mentem interficitur. Sicilia debellata, victoriae insignia Marcellus assumpsit et Romae triumphum egit.

Romanorum autem ducibus plurimis cum Annibale tum Carthagine, tum in Hispaniis potestatem exercente praeliantibus, nec, ut eum attererent, assecutis, demum Scipio Africanus consul assumptus rerum summa sibi tradita, et circa Olympiadem 145 totam Italiam gubernans, cum classe maxima Carthaginem petit, et Libyae oris quaqua versus ferro devastatis Carthaginensium magistratus ut Annibalem ex Italia revocarent, coegit. Cum eo Carthaginem reverso congressus Scipio tali victoria superior effectus est, ut fuga se damnaret Annibal ipse et Carthaginensium adspectum veritus Prusiam ad Bithyniae regem se conferret. Scipio tandem ab Africa devicta Africanus ex senatus consulto dictus Carthaginem Romanae ditioni adiecit et rebus adeo feliciter gestis Romae triumphum obtinuit.

Syriae rex 7 Seleucus tertius, Seleuci maioris filius, qui et Philopator vocatus, annis 12, mundi vero 5298.

Syriae rex 8 Antiochus Illustris annis 11, mundi vero 5310.

Antiochus Illustris ad Syriae thronum evectus, Ptolemaeum Philopato-

μαίῳ τῷ Φιλομήτορι ἐπιτίθεται κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ τῆς Αἰγύπτου βασιλείας ἐκβάλλει πρὸς βραχύ. κωλυθεὶς δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ ὑπὸ τῶν Ἀλεξανδρέων διωχθεὶς τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐκπορθεῖ καὶ B τὸν ναὸν βεβηλοῖ Διὸς Ὀλυμπίου βδέλυγμα ἀναστηλώσας ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν προφητείαν Δανιὴλ τοῦ μεγάλου, τά τε ἱερὰ σκεύη ἀφαιρεῖται καὶ ἑλληνίζειν ἀναγκάζει τοὺς Ἰουδαίους. ἐφ᾽ οἷς Ματθίας ὁ ἱερεὺς ζηλώσας σὺν τοῖς υἱοῖς Ἰούδα καὶ Ἰωνάθῃ τοῖς Μακκαβαίοις Σίμωνί τε καὶ Ἰωάννῃ κατηγωνίσαντο τοῦ τυράννου τοῖς αὐτοῦ στρατηγοῖς ἐπιθέμενος, καὶ καταπολεμήσας αὐτοὺς τῇ τῶν οἰκείων παίδων ἀντιμαχίᾳ, τῶν καὶ διὰ τοῦτο Μακκαβαίων κληθέντων, ἅμα τοῖς τότε ζήλῳ θείῳ τῶν πατρίων νόμων ὑπεραθλησάντων· ἐν οἷς καὶ οἱ ἑπτὰ νέοι σφόδρα γενναίως σὺν τῇ C μητρὶ καὶ τῷ διδασκάλῳ Ἐλεαζάρῳ πολλῶν καὶ πικρῶν βασάνων ὑπερφρονήσαντες νομίμως τὸν βίον κατέλυσαν, θανάτῳ μαρτυρικῷ τελειωθέντες. Ἀσαμωναῖοι λέγονται οἱ ἐκ Ματαθίου, διότι ὁ πατὴρ αὐτῶν Ἀσαμωναῖος ἐλέγετο. ᾤκει δὲ ἐν κώμῃ Μωδεείμ.

Ταρσεῖς καὶ Μαλλῶται κατὰ Ἀντιόχου ἐστασίασαν, ὡς δωρεᾷ διδόμενοι τῇ παλλακῇ αὐτοῦ Ἀντιοχίδι· πρὸς οὓς ἧκεν Ἀντίοχος, Ἀνδρόνικον καταλείψας ἐν Δάφνῃ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ὃς ἀνελὼν Ὀνείαν τὸν ἱερέα δόλῳ τοῦ Μενελάου, καὶ αὐτὸς ἀναιρεῖται ὑπὸ τοῦ Ἀντιόχου ὡς φονεύς.

1. Φιλοπάτορι G. 2. κωλυθεὶς] καταλυθεὶς G. 8. κατηγωνίσατο G. 9. αὐτοὺς] αὐτοῖς A. 15. Ματαθίου] ματαθείου B. Ματθίου G. Vide Eusebium p. 356. 18. μαλῶται AB.

rem armis confestim in Aegypto lacessit et Aegypti regno ad breve tempus deturbat. A Romanis vero prostratus et ab Alexandrinis eiectus Hierusalem depopulatur, et iuxta Danielis vaticinium simulacro Iovi Olympio posito templum violat, sacra vasa diripit et Iudaeos prohibitum Graecorum cultum immitari cogit. At sacerdos Matthias divino zelo succensus cum filiis Iuda et Ionatha, Maccabaeis et Simone et Ioanne tyranni se ceptis viriliter opposuit, duces eius armis aggressus est, filiorumque eius rei causa Maccabaeorum nomine insignitorum adversis viribus et eorum qui pro patriis legibus divina pietate certamen adierunt animis adiutus hostes ubique prostravit. Ex iis iuvenes septem cum matre et magistro Eleazaro contempta tormentorum plurimorum acerbitate, morte martyrum nomine digno consummati, vitam ex legum norma finierunt. Matthiae posteri Assamonaei dicti sunt, quod pater eorum Assamonaeus nomine in oppido Modin diversaretur.

Tarsenses et Mallotae, quod Antiochidi pellici donatos se viderent conquesti, adversus Antiochum tumultuantur; in quos Andronico, (qui postmodum Menelai dolis pontificem Oniam occidit et parricidii reus ab Antiocho ipse damnatus est), Daphne regendis rebus relicto, Antiochus iniuriam ulturus profectus est.

D *Συρίας θʹ ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος Εὐπάτωρ υἱὸς αὐτοῦ ἔτος ἕν, μῆνας ἕξ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ετκαʹ.*

Ἀντίοχος οὗτος πατάξας Αἴγυπτον καὶ πρὸς τὸν Φιλομήτορα Πτολεμαῖον πολεμήσας εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπανῆλθε, τὴν ἀρχιερωσύνην τε Ἰησοῦ, τῷ καὶ Ἰάσωνι, ἐνεχείρισεν ἀδελφῷ Ὀνείου. καὶ πάλιν ἐκβαλὼν αὐτὸν ἀδελφῷ τε καὶ Μενελάῳ δέδωκεν. οἱ δὲ στασιάσαντες πρὸς ἀλλήλους κακῶν μεγάλων αἴτιοι γεγόνασιν Ἰουδαίοις.

P. 287 *ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ.*

Ἰουδαίων ιϛʹ ἀρχιεράτευσεν Ἰούδας υἱὸς Ματαθίου αʹ ἀρχιερέως ἔτη γʹ, οἱ δὲ ϛʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ετλδʹ.

Τινὲς ἱστοροῦσι Ματαθίου ἔτη γʹ τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ Ἰούδα ἔτη ϛʹ.

V. 229 *Ἰουδαίων ιζʹ ἀρχιεράτευσεν Ἰωνάθης ἀδελφὸς Ἰούδα τοῦ Μακκαβαίου ἔτη ιθʹ. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ετμʹ.*

B *Οἱ φίλοι τοῦ Ἰούδα τὸν Ἰωνάθην ἀδελφὸν αὐτοῦ προεστήσαντο ἄρχειν αὐτῶν. οὗτος Βακχίδῃ συμβαλὼν εἰς πόλεμον διέφθειρε τρισχιλίους τῶν σὺν αὐτῷ. μετὰ δὲ ταῦτα προδιδόντας αὐτόν τινας τῶν Ἰουδαίων αἰσθόμενος τῷ Βακχίδῃ ἀνεῖλεν αὐτοὺς καὶ διῆγεν εἰς πόλιν ἐν τῇ ἐρήμῳ κειμένην Βηθφεσή. ταύτην*

5. τε] τῷ G. 10 et 12. *ματαθίου* B. *Ματθίου* G. 20. *εἰς πόλιν — κειμένην*] *ἐν πόλει — κειμένῃ* G. *βηθφεσὴ* A. *βιθφεσσὴ* B. *Βηθφεσῆ* G.

Syriae rex 9 Antiochus Eupator, Epiphanis filius, anno uno et mensibus sex, mundi vero 5321.

Antiochus iste bellis Aegyptum vexavit, et praelio cum Ptolemaeo Philometore commisso in Iudaeam rediit et Iesu, alio nomine Iasoni Oniae fratri, pontificatum tradidit; eoque rursus dignitate pulso, in fratrem et in Menelaum pontificias infulas transtulit. Illi dissidiis, quibus ad invicem certabant, Iudaeis ingentium malorum auctores se praebuere.

ANNI MUNDI.

Iudaeorum pontifex 16 Iudas, Matthiae pontificis primi filius, annis 3, et ut scribunt alii, 6, mundi vero 5334.

Matthiae pontificatum triennio nonnulli metiuntur, Iudae vero annos sex assignant.

Iudaeorum deinceps orbus auxiliis Hyrcanus Pompeium Magnum post victoriam de Mithridate et Tigrane, nec non Albania, Iberia, Chalcide et ipsis Assyriis omnium laudibus celebratam ex Armenia in Syriam eo tempore regressum solus cum Antipatro Damascum convenit. Nullis itaque munerum illecebris, sed solis aequi bonique argumentis Magnum vere et veritatis amantem Pompeium, ut Hyrcano succurrat, inclinant. Scauro fidens Aristobulus Pompeio se sistit pariter; eius tamen humanitate, (cum Diospoli digressus Hierosolymam versus et Palaestinam accederet), minus prudenter usus clam fuga se subripit et magis aversum ex amentia reddit Pompeium. Quare commotus Pompeius collectis Romanorum Syriaeque viribus, arcem in montis vertice sitam, cui nomen Alexandrium, occupasse audiens, etiam invitum ad se iubet venire. Ille adversariorum robur immensum veritus, et copias undequaque affluentes conspicatus paret amicorum consilio et disceptata de regno causa, in arcem se recipere compellitur. His non semel aut bis, sed actitatis frequentius et Hyrcano causam apud Pompeium in fratrem dicente et iniuriam non intulisse, sed regnum repetere se perorante, loca quaeque munita deserere Aristobulus iubetur.

καταδεχομένων καταλαμβάνει τε τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ πόλεμον ἐξάγειν πειρᾶται κατὰ Ῥωμαίων στρατοπεδευόντων εἰς Ἱεριχοῦντα, τὸ πιότατον Ἰουδαίας φοινικοφόρον καὶ βαλσαμοφόρον χωρίον· ὧν Ἀριστόβουλος ἐκπλαγεὶς τὴν ἔφοδον χρήμασιν ἱκετεύει P. 298 ἐξιλεώσασθαι τὸν Πομπήιον ἐπειγόμενον εἰς Ἱεροσόλυμα. Γαβινίου δὲ πρὸς τοῦ Ἀριστοβούλου πεμφθέντος εἰς κομιδὴν τῶν χρημάτων καὶ μηδὲ τῆς εἰσόδου τυχόντος τῆς πόλεως φρουρεῖ μὲν τὸν Ἀριστόβουλον, πολιορκεῖ δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ταῖς Ὑρκανοῦ καὶ Ἀντιπάτρου καὶ τῶν περὶ αὐτοὺς ἔνδον καὶ ἔξω τῆς πόλεως ὑπηρεσίαις καὶ ἐπινοίαις οὐ μικρὰ πρὸς τὸ δυσάλωτον αὐτοῖς βοηθούμενος ὁ Πομπηίου στρατηγὸς Πείσων τὴν ἅλωσιν ἐγχειρισθείς. μηνὶ δὲ τρίτῳ μόλις ἕνα τῶν πύργων καθελόντες Ῥωμαῖοι B διὰ τοῦ τείχους εἰς τὸ ἱερὸν εἰσεπήδησαν, Φαύστου Κορνηλίου παιδὸς Σύλλα πρώτου τολμήσαντος, ἐπακολουθησάντων δὲ Φρουρίου καὶ Φαβίου τῶν ἑκατοντάρχων σὺν τοῖς οἰκείοις στέφεσιν, οἳ τοὺς Ἰουδαίους περιεῖχον κτείνοντες καθ᾽ ὅλης τῆς πόλεως, τὸ πλεῖστον δὲ ἐν τῷ ἱερῷ φεύγοντας· ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἀντιστασιαστῶν ἀπεσφάττοντο πολλοί. τότε μυρίους πρὸς δισχιλίους Ἰουδαίους λέγεται πεφονεῦσθαι Ῥωμαίοις, ὀλίγων πάνυ κτανθέντων αὐτοῖς ἐξ εὐτάκτου καὶ ἀλληλοσυμμάχου ἀνδρείας· τὸ γὰρ ἄτακτον ἐν μάχαις θράσους, οὐκ ἀνδρείας

1. καταλαμβάνει] καταλιμπάνει G. 3. πιότατον] πιώτατον AB. πρώτατον G. 4. χρήμασιν] σχήμασιν G. 7. μηδὲ] μὴ G. 9. περὶ] παρ᾽ G. 10. αὐτοῖς om. G. 14. συλλᾶ AB. ἐπακολουθήσαντος G.

Exinde castrorum custodibus eum admittere detrectantibus, ipsis Hierosolymis cedit, et in Romanos ad Hierichuntis palmarum balsamique ex omni Iudaea feracissimum agrum castra metatos bellum instruere meditatur; eorum tamen vires metuens experiri Pompeium Hierosolyma versus exercitum ducentem supplicis habitu placare festinat. Gabinius autem pecuniarum accipiendarum gratia ab Aristobulo missus et ab ingressu civitatis prohibitus, Aristobulum quidem sub custodia detinet; Piso vero dux exercitui a Pompeio datus urbem obsidione cingit et Hyrcani, nec non Antipatri, tum eorum, qui tam ipsius urbis in penetralibus, quam in castris penes se manu vel consilio belli successum promovebant, auxiliis, eam licet expugnatu difficillimam Romanis subiiciendam suscepit. Mense porro tertio vix una turri machinis deiecta, per murum Romani insilierunt in templum. Primus per ruinas Cornelius Faustus Syllae filius immisit se, quem Furius et Fabius centuriones cum suis manipulis sequuti sunt. Hi obvios quosque et interclusos per civitatem Iudaeos, ut plurimum autem in templum recipientes se conficiebant; non pauci licet a propriis contribulibus caede et tumultu gaudentibus fuerint necati. Millia duo supra myriadem integram die illo caesa dicuntur, e Romanis ex usitato sibi ordine et militis commilitonem servandi studio paucissimi. Confusa quippe in praelium irruptio temerita-

ἔργον, ὡς ἥττης πρόξενον τοῖς ἀσυμφράκτως προπετοῦσι. Πομ- C πήιος οὖν ἁλούσης τῆς πόλεως εἰς τὸ ἱερὸν ἅμα τοῖς φίλοις εἰσελθὼν μέχρι τοῦ ἁγιάσματος οὐδενὸς τῶν ἱερῶν ἥψατο σκευῶν ἢ χρημάτων ὄντων προδήλων ταλάντων δισχιλίων, ἐκτὸς ἀρω- V. 238 μάτων λυχνίας τε καὶ λύχνου καὶ σπονδείων καὶ θυμιατηρίων ἁπάντων ὁλοχρύσων, ἀλλὰ καὶ καθαρθῆναι τῶν αἱμάτων τὸ ἱερὸν ἐπέταξε τοῖς νεωκόροις, τῇ ἐπαύριον ἀναδείξας Ὑρκανὸν ἀρχιερέα, τὸν δ' Ἀριστόβουλον δεσμήσας εἶχε σὺν τῷ πενθερῷ, πάντας ἀνελὼν σιδήρῳ τοὺς τῆς μάχης αἰτίους καὶ λαμπροῖς ἀμειψάμενος τοῖς συμμαχήσασι δώροις, Φαύστῳ μάλιστα Σύλ- D λου παιδὶ γενναίῳ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν. οὗτος Ἰουδαίους ὑποφόρους Ῥωμαίοις κατέστησεν, ἀφελόμενος αὐτῶν πάσας πόλεις Ἑλληνίδας Συρίας κοίλης, ἃς εἷλον ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων, καὶ μόνοις περικλείσας τοῖς ἰδίοις ὅροις. πρὸς ταύταις καὶ τὰς ἐν τῷ μεσογείῳ πόλεις ἠλευθέρωσε τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς, ὧν ἦσαν ἐπισημότεραι αὗται, Σκυθόπολις ἤτοι Βασὰν, Ἵππος, Πέλλα, Σαμάρεια, Μάρισσα, Ἄζωτος, Ἰάμνεια, Ἀρέθουσα, τάς τε παραλίους Γάζαν, Ἰόππην, Δῶρα, Στράτωνος πύργον ἤτοι Καισάρειαν, ταύτας ἀποδοὺς τοῖς γνησίοις πολίταις ὑπὸ τὴν Συριακὴν ἐπαρχίαν ἔταξε σὺν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἀπὸ τῶν ὁρίων Αἰγύπτου μέχρις Εὐφράτου ποταμοῦ, ὁ Πομπήιος παραδοὺς P. 299

5. λύχνου] λύχνους B. σπονδίον AB. πονδίων G. Correctum ex Iosepho vol. I. p. 690. vol. II. p. 68. θυμιατήρων B. 10. συμμαχήσασα A. 11. οὗτος] οὕτως G. ἰουδαίους B. Ἰουδαίοις G. 12. ἀφελομένου AB. 16. αὗται] αὐταὶ G. ταύταις AB. 17. μάρισα AB. ἀρέθουσα B. Ἀρέθους G. 18. Vulgo Ἰώππην. 20. ἐπαρχείαν B.

tis non fortitudinis opus est et incautis inconsulteque progressis perniciem mercatur. Pompeius igitur urbe capta in templum cum amicis pede illato et in ipsa sancta penetrans, sacrorum vasorum nullum, vel rem sacris addictam nullam attigit, praeter aromata licet, lucernas, candelabrum, pateras et thuribula ex auro solido conflata, alia copiosa talentorum duum milium varia supellex in propatulo et sub oculis obversaretur; quin immo templum effuso cruore foedatum ab Aedituis praecepit expiari. Postero die Hyrcanum renunciavit summum pontificem et Aristobulo cum socero vinculis custodito, cunctos, qui belli fuerant auctores, securi percuti iussit. Ampla deinde munerum largitione militum virtutem voluit compensatam, Syllae maxime filii Fausti generosi iuvenis et eius in pugna sociorum. Iudaeis in hunc modum Romani populi redditis vectigalibus et eorum ditione propriis finibus circumclusa, Graecanicas Coelesyriae urbes a Maccabaeis quondam captas eisdem abstulit. Ad haec urbes in continente sitas Iudaeorum dominio declaravit liberas; harum insigniores fuere Scythopolis, Basan intellige, Hippus, Pella, quae Samaria, Marisa, Azotus, Iamnia, Arethus; e maritimis Gazam, Ioppem, Dora, Stratonis turrim, id est Caesaream, propriis restitutas civibus Syriae provinciae subiectas esse sanxit, cum Iudaea universa ab Aegypti terminis ad fluvium Euphratem. Provincia Scauro

Σκαύρῳ διέπειν καὶ δύο Ῥωμαϊκὰ τάγματα πρὸς συμμαχίαν εἰς Ῥώμην ἠπείγετο διὰ Κιλικίας, αὐτὸς τὸν μέγιστον κατατάξων θρίαμβον ἐπαγόμενος τοὺς ἡττηθέντας αὐτῷ βασιλεῖς Φαρνάκην Μιθριδάτου υἱὸν (τὸν καὶ καρτερήσαντα τὸν ἴδιον ἀνελεῖν πατέρα Μιθριδάτην τῇ πρὸς Πομπήιον χάριτι καὶ αὖθις κατὰ Ῥωμαίων στασιάσαντα) Κολχῶν ἤτοι Λαζῶν βασιλέα, ἄρχοντας Ἰβήρων κʹ, Ἀριστόβουλον Ἰουδαίων βασιλέα σὺν θυγατράσι δυσὶ καὶ υἱοῖς, Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀντιγόνῳ, ὧν ὁ νεώτερος ἐκ τῆς ὁδοῦ διαδρὰς Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπάνεισι στασιάσων, ὡς δηλωθήσεται.

B *Πομπήιος οὖν πολιορκίᾳ λαβὼν τὰ Ἱεροσόλυμα Ἀριστόβουλον μὲν δέσμιον σὺν τοῖς παισὶν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀντιγόνῳ κατεῖχεν εἰς Ῥώμην ἀπιών, θριαμβεύσων καὶ ἄλλων ἐθνῶν βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας· Ὑρκανῷ δὲ τῷ τούτου ἀδελφῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐγχειρίσας ὑποφόρους ἔταξε Ῥωμαίοις Ἰουδαίους.*

Καὶ Κικέρων ὁ ῥήτωρ καὶ συγκλητικὸς παρὰ Ῥωμαίοις ἤκμαζεν. οὗτος καθεῖλε Κάτελλον καὶ Κέθηγον καὶ Λέντουλον συνομοσαμένους κατὰ τῆς συγκλήτου.

C *Πομπήιος ἐλθὼν εἰς Ῥώμην καὶ θριαμβεύσας ἐπὶ νίκαις*

1. *σκαύρῳ* B. *Σκάρῳ* G. *συμμαχεῖαν* B. 3. *ἐπαγόμενος* B. *ἐπαγομένους* G. 4. *μηθριδάτου* B. 5. *μηθριδάτην* AB. 6. *βασιλέα*] *βασιλέας* G. *ἰβηρίων* B. 8. *Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀντιγόνων* G. 9. *Ἰουδαίαν*] *ἰδαίαν* B. *στασιάσας* G. 11. Hinc plerique Codices MSS. Georgii Syncelli nomine vulgati incipiunt. GOAR. Vide Goari annotationem p. 72 ed. Paris. 17. *κάτελλον* AB. *κάστελλον* AG. Corrige *Κατιλίναν* cum Scaligero p. 73. *καθ' ἕλληνα* (*Κατιλίναν* m.) *Κέθιγον καὶ Λέντουλον* P. *κέθιγον* B. Vulgo *Λέντουλλον.*

commendata, Romanisque legionibus loco tutando rèlictis duabus, Pompeius per Ciliciam iter agit, celebremque ducturus triumphum Romam contendit. Victos autem reges secum ducebat Pharnacem Mithridatis filium (qui Pompeii gratiam promeriturus, proprium patrem neci tradere sustinuit et rursum in Romanos bello tumultuatus est) Cholcorum, id est Lazorum reges, principes Iberorum viginti et Aristobulum denique Iudaeorum regem cum filiabus geminis et filiis duobus, Alexandro et Antigono, quorum iunior Alexander fuga per viam ereptus Iudaeam repetit, auctor futurus in ea seditionum, quas in sequentibus exponemus.

Pompeius igitur captis obsidione Hierosolymis iter Romam versus dirigens, Aristobulum una cum filiis Alexandro et Antigono vinctum, de illis et nationum aliarum regibus et ducibus subactis triumphum ducturus; Hyrcano quoque eius fratri pontificatu commendato, Iudaeos Romanis vectigales fecit.

Cicero rhetor senatoria dignitate conspicuus inter Romanos florebat; is Catilinam, Cethegum et Lentulum in senatum coniuratos delevit.

Pompeius victoriis pluribus insignis Romam veniens ac triumpho dona-

πολλαῖς αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη καὶ ἑνοῦται φιλίᾳ Γαΐῳ Ἰουλίῳ Καίσαρι καὶ γαμβρὸς ἐπὶ θυγατρὶ Ἰουλίᾳ γίνεται. ὁ δὲ Γάϊος χειροτονηθεὶς κατὰ Γάλλων καὶ Βρεττανῶν στρατηγὸς ἐκπέμπεται, μεγάλαις μάχαις ἐν ἔτεσι δέκα Γάλλους καὶ Βρεττανοὺς Ῥωμαίοις ὑποτελεῖς καταστήσας, φʹ πόλεις κατέχοντας, ὡς ἱστορεῖ Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεὺς φιλόσοφος.

Ἀλέξανδρος υἱὸς Ἀριστοβούλου πρεσβύτερος διαδρὰς τὸν
Πομπήιον εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἔρχεται καὶ πρὸς βραχὺ κρατήσας D
πολλῶν Ἰουδαίων καὶ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Γαβινίου καὶ Ἀντω-
νίου πολεμηθεὶς ἐκβάλλεται. παραλαμβάνει τε Ὑρκανὸς αὖθις
τὴν κηδεμονίαν τοῦ ἱεροῦ, τὴν δὲ ἄλλην πολιτείαν ταῖς Ἀντιπά-
τρου συμβουλίαις διαιροῦσιν εἰς πέντε, τὸ πρῶτον μέρος Ἱεροσο- V. 239
λύμοις ἀπονείμαντες, τὸ δεύτερον Δώροις, τὸ τρίτον Ἀμαθοῦντι,
τὸ τέταρτον Ἱεριχοῖντι, τὸ πέμπτον Σεπφωρίδι πόλει Γαλιλαίας.
κἀκ τούτου τὸ λοιπὸν ἐδόκουν ἀριστοκρατικῶς ζῆν, εἰ μὴ φυγὼν
ἐκ Ῥώμης ἦλθεν Ἀριστόβουλος σὺν Ἀντιγόνῳ νεωτέρῳ παιδί·
καὶ πάλιν ἀρχὴ γέγονεν αὐτῷ θορύβων καὶ Ἰουδαίους πολλοὺς P. 300
προσλαβόμενος, καὶ τὸ φρούριον ἀνατειχίζειν τὴν Ἀλεξάνδρειαν
ἐπειγόμενος. τάχιστα δὲ συλληφθεὶς ἐπὶ μάχῃ φεύγων σὺν τῷ
υἱῷ Γαβινίου, στείλαντος ἐπ᾽ αὐτὸν Σίσενναν καὶ Ἀντώνιον καὶ
Σερουιανὸν ἐν δυνάμει Ῥωμαϊκῇ, δεσμώτης αὖθις εἰς Ῥώμην

2. Γάϊος] „Γάλλος P. al. Γάϊλος." Goar. 6. Vulgo Χερονεύς. χερρονεῦς B. 7. τὸν add. B. 14. Σεπφορίδι G. 17. αὐτῷ] αὐτὸς m. 18. φρούρειον B. Ἀλεξάνδρειαν] Conf. p. 297 c. 20. σίσενναν Bm. Σίσαιναν G. 20. Σερουιανὸν] Σερουίλλιον m.

tus Imperator renunciatus est et Caio Iulio Caesari gener fit, Iulia eius filia uxore ducta. Ipse Caius adversus Gallos et Britannos dux creatus, memorandis victoriis per annos decem edomitos vectigalibus populo Rom. pendendis obnoxios fecit, et Plutarcho Cherronaeo philosopho in historiis teste, urbes eorum quingentas in potestatem misit.

Alexander Aristobuli filius senior Pompeii manibus elapsus in Iudaeam revertitur et copiosa Iudaeorum manu adiutus brevi tyrannidem consequitur; mox a Gabinio et Antonio debellatus eiicitur; Hyrcanus rursum templi curam suscipit; omnemque aliam rei communis potestatem Antipatri consiliis in praefecturas quinque duces praefati dispertiuntur; et partem quidem primam Hierosolymis, alteram Doris, tertiam Amathunti, Hierichunti quartam, ultimam tandem Sepphoridi Galilaeae urbi assignant. Exinde itaque aequali plurium optimatum magistratu instituto quietem habituri videbantur, nisi Roma fugiens Aristobulus cum Antigono filio iuniore tumultibus principium dedisset, ac non exigua Iudaeorum turba septus arcem Alexandrium moenibus instaurare contendisset. Gabinio Sisennam, Antonium et Servilium cum Romanis copiis in eum mittente primo conflictu captus ac vinculis mancipatus Romam iterum ablegatur. Solus igitur Alexan-

ἀναπέμπεται. καὶ ἦν μόνος Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας, ποτὲ μὲν φεύγων Ῥωμαίους, ποτὲ δὲ παρενοχλῶν Ὑρκανῷ καὶ Ἀντιπάτρῳ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς χώρας ὑπὸ Πομπηίου καὶ τῶν μετὰ ταῦτα πεπιστευμένῳ· ὃς ὑπὸ Γαβινίου πεμφθεὶς πολέμῳ τὸν Ἀλέ-
B ξανδρον τρέπεται, μυρίους ἀνελὼν τῶν σὺν αὐτῷ καὶ τοὺς ἄλλους δισμυρίους φυγῇ σκεδάσας συμμαχούντων Ἰουδαίων περὶ τὸ Ἰταβύριον ὄρος.

Τότε Κράσσος διαδεξάμενος Γαβίνιον καὶ τὴν Συριακὴν παραλαβὼν ἀρχὴν ἐπὶ Πάρθους ἤτοι Πέρσας στρατευσάμενος αὐθαιρέτως τῶν ἄλλων τοῦ ναοῦ τῶν Ἰουδαίων ἅπαντα κόσμον ἐσύλησε καὶ τὰ δισχίλια τάλαντα ὧν ὁ Πομπήιος ἐφείσατο. διαβὰς δὲ τὸν ποταμὸν Εὐφράτην ὄλλυται σὺν τῷ πλήθει Κασσίου ταμία τοῦ αὐτοῦ Κράσσου τοὺς περισωθέντας ἀνακτησαμένου καὶ τοὺς αὐτοὺς Πέρσας φόνῳ πολλῷ τῆς ὅλης Συρίας ἐλάσαντος· ὃς Κάσ-
C σιος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπειγόμενος τρισμυρίους Ἰουδαίους αἰχμαλωτίζει, Ταριχέας ἑλὼν καὶ Πειθόλαον κτείνει, ὡς τοῖς Ἀριστοβούλου καὶ τῶν τέκνων στασιασταῖς κατὰ Ὑρκανοῦ καὶ Ἀντιπάτρου σύνδρομον. τοῦ δὲ φόνου σύνδρομος ἦν ὁ αὐτὸς Ἀντίπατρος, ἐξοικειούμενος τοὺς πανταχοῦ Ῥωμαίοις δυνάστας δώροις καὶ ταῖς λοιπαῖς ἐπικουρίαις, ἐν οἷς καὶ τῷ τῶν Ἀράβων βασιλεῖ Ἀρέτᾳ σφόδρα φιλωθεὶς δι' ἐπιγαμίαν ἐπισήμου γυναικὸς Ἀραβίσσης Κύπριδος, ἐξ ἧς υἱοὺς ἔσχε τέσσαρας, Φασάηλον καὶ τὸν κατόπιν

3. τῶν P. τῷ G. 5. τῶν σὺν αὐτῷ ἀνελὼν G. 8. *Κράσος* legebatur hic et infra. 12. *ταμεία* B. 15. *εἰς*] ἐπὶ G. *Ταριχαίας* m ex Iosepho p. 695. 16. *Πειθόλαον* ex Iosepho dedi. Vulgo *Πισίαλον*. 22. Vulgo *Φασάϊλον*. Recte apud Iosephum.

der in Iudaea remansit a Romanis quandoque in fugam actus et Hyrcano nonnunquam et Antipatro, qui a Pompeio et successoribus provinciae curam fidei suae demandatam susceperat, damnum inferens. Antipater posthac a Gabinio delegatus Alexandrum caesis sociorum eius mille aliisque millibus duobus fuga dispersis circa Itaburium montem bello profligat.

Eo tempore Crassus Gabinii successor Syriae gerens praefecturam bellum in Parthos, hoc est Persas, moturus, prae reliquis Iudaici templi ornatum omnem et quibus Pompeius pepercerat, talenta bis mille diripuit. Inde trans Euphratem fluvium cum copiis debellatus perit, Cassio eiusdem Crassi quaestore reliquias exercitus certo excidio liberante, et Persas eosdem ampla strage edita tota Syria depellente. Cassius iste in Iudaeam festine motus captis Tarichaeis Iudaeorum 30,000 in captivitatem mittit, Pitholaumque, qui Aristobuli filiorumque tumultus fovebat, et in Hyrcanum et Antipatrum auxilia subministrabat, interficit. Caedis socius fuit Antipater, qui Romanis quos poterat dynastas donis et officiis amicos comparabat. Eam ob rem Aretae Arabum regi nobili muliere Cypride ex eius provincia in uxorem ducta, ex qua filios quatuor Phasaelum, Herodemque

Ἡρώδην βασιλεύσαντα Ἑβραίων μετὰ Ὑρκανὸν πρῶτον ἀλλογενῆ καὶ τρίτον Ἰώσηππον καὶ Φερώραν τέταρτον. ἐπειδὴ τὸν κατὰ Ἀριστοβούλου δῆθεν καὶ τῶν τέκνων ἀνείλετο πόλεμον τῷ Ἀρέτᾳ τοὺς υἱεῖς σὺν θυγατρὶ Σαλώμῃ παρατίθεται. ταῦτα δέ D μοι προπαρεσκεύασται οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ δεῖξαι βουλομένῳ πῶς ἐγγιζούσης τῆς τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θείας σαρκώσεως ἐξέλιπεν ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ κατὰ τὴν πρόρρησιν τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ.

Ἀλέξανδρος Ἀριστοβούλου υἱὸς πρεσβύτερος Πομπήιον ἀποδρὰς κρατεῖ πρὸς βραχὺ τῶν Ἰουδαίων καὶ αὐτοῦ μικρὸν δὴ καὶ Ὑρκανοῦ, εἰ μὴ Γαβίνιος εἰς Συρίαν πεμφθεὶς Σκαύρου διάδοχος Μάρκον Ἀντώνιον μετὰ δυνάμεώς τινος προπέμψας ἐπῆλθεν αὐτοῖς μετὰ πλείονος προσβολῆς. ἔνθα μὴ ἐνέγκας Ἀλέξανδρος τὴν Ἀντωνίου προσβολὴν Ἀντιπάτρου παρεπομένου καὶ τῶν λοι- P. 301 πῶν ὑπερμάχων Ὑρκανοῦ Ἰουδαίων φεύγει πρὸς τὰ Ἱεροσόλυμα ἑξακισχιλίους ἀποβαλὼν τῇ Ἀντωνίου γενναιότητι. πανταχοῦ μέν, μάλιστα δὲ ἐνταῦθα Πομπήιος Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐκύρωσεν. ὁ αὐτὸς Ἰουδαίους Ῥωμαίοις ὑποφόρους ἔταξεν. ὁ αὐτὸς Ἀντίπατρον ἀλλόφυλον Ἡρώδου υἱὸν καὶ πατέρα τῆς Παλαιστίνης ἐπίτροπον κατέστησε.

2. τρίτον] πρῶτον G. φερῶραν A. φερορᾶν B. Φερωρᾶν G. Φερώρας apud Iosephum dicitur. καὶ ἐπειδὴ m. 3. τῷ m. τῶν G. 4. υἱεῖς B. υἱοὺς G. 7. ἐξέλειπεν B. 11. καὶ Ὑρκανοῦ] τοῦ Ὑρκανοῦ G. 13. αὐτὸν ἠβουλήθη μετὰ πλείονος ἐπελθεῖν προσβολῆς P. 18. ἐνταῦθα δὲ μάλιστα G.

illum, qui sublato Hyrcano primus extraneorum Hebraeorum obtinuit principatum, Iosephumque omnium maiorem et Pheroram quartum suscepit, summa necessitudine coniunctus est; et apud eum bello in Aristobulum et filios moto liberos eosdem cum Salome filia deposuit. Haec non inconsulto vel temere, sed ex industria praemissa sint, quo unigeniti filii et verbi dei et salvatoris nostri Iesu Christri proxima iam divina carnis humanae susceptione rectorem ex Iuda, et ex eius femoribus ducem, ex patriarchae Iacob praenuncio sermone defecisse declarem.

Alexander Aristobuli filius maior Pompeii manibus elapsus Iudaeorum principatu ad breve tempus potitur; ipsumque Hyrcanum in potestatem egisset, nisi Gabinius Scauri successor in Syriam missus, Marco Antonio cum velitum copiis praecurrente, ipse robustiori exercitu hostem attrivisset. Antonii vero et Antipatri eum sequuti, Iudaeorumque Hyrcani partes tuentium non ferens incursus Alexander, ex suis Antonii virtute ad sex millia desideratis Hierusalem fuga se recipit. Iterum velut iam frequenter Hyrcanum in pontificatu confirmat Pompeius; idemque Iudaeos inter vectigales populos recenset; et Antipatrum Herodis filium et alterius Herodis patrem Palaestinae procuratorem constituit.

V. 240 *Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ Λυσιτανίαν, Γάλλους, Βρεττανοὺς καί τινας περὶ τὸν Ὠκεανὸν νήσους κατεστρέψατο.*

Ὁ αὐτὸς τὸν Ῥῆνον ποταμὸν διαβὰς Γερμανοὺς καὶ Γάλλους B *ἐχειρώσατο.*

Τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἄγαλμα ἐκεραυνώθη.

Γάϊος Καῖσαρ πρὸς Πομπήιον ἐπολέμησε.

Γάϊος Ἰούλιος μεγίστοις ἀγῶσι Γάλλους καὶ Βρεττανοὺς καὶ Γερμανοὺς καταστρεψάμενος ὑποτελεῖς τε Ῥωμαίοις φʹ πόλεις οἰκοῦντας καταστησάμενος πολλοῖς ἱδρῶσιν, ἐπὶ ιʹ ἔτη τοῖς ἀπροσμαχήτοις βαρβάροις καταπολεμῶν πρὸς αὐτοῖς Ὠκεανοῦ ῥεύμασιν ἐπὶ θριάμβῳ μείζονι ἐπανῆλθεν ἐν Ῥώμῃ καὶ τούτου τυχὼν ὀργίζεται Ῥωμαίοις ἀνταίροντος Πομπηίου καὶ ταῖς νίκαις ζηλο- C *τυποῦντος μετὰ πολλῶν τῆς συγκλήτου. ἔνθεν τὸ δεύτερον ἐμφύλιος Ῥωμαίοις συνέστη πόλεμος ἐν Φαρσάλῳ τῆς Θετταλίας μετὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ Γαΐου ἐπάνοδον, ὡς εἴρηται, τῆς Πομπηίου γαμετῆς, θυγατρὸς δὲ τοῦ Καίσαρος Ἰουλίας μετηλλαχυίας περὶ τὸν τοκετόν.*

Οὗτος καὶ τὸν Ἀριστόβουλον λύσας τῶν δεσμῶν μετὰ δύο ταγμάτων εἰς Συρίαν ἐκπέμπει, δι' αὐτοῦ ταύτην ἔχειν θαρρῶν μετὰ τῆς Ἰουδαίας, ὃς ἐλθὼν ἀναιρεῖται φαρμάκῳ παρὰ τῶν Πομπηίου φίλων, ταφῆς οὐκ ἀξιούμενος ἐν τῇ πατρῴᾳ γῇ, μέλιτι δὲ συντηρούμενος ἕως Ἀντώνιος αὐτὸν τοῖς βασιλικοῖς μνή- D *μασι προσέταξε ταφῆναι. ἐν ταὐτῷ δὲ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ὑπὸ*

3. Vulgo *Ῥῖνον*. 10. *βαρβαρίοις* A. 12. *ταῖς νίκαις* B. *τῆς νίκης* G. 16. *γαμετῆς, θυγατρὸς*] Legebatur *θυγατρὸς γαμετῆς*. 18. *καὶ*] *δὲ* G. 21. *οὐκ* om. B.

Caius Iulius Caesar Lusitaniam, Gallos, Britannos et alias ad Oceanum positas insulas subegit.

Idem Rheno flumine traiecto Germanos et Gallos debellavit.

Simulacrum Olympiaci Iovis tactum fulmine.

Caius Caesar Pompeio bellum intulit.

Caius Iulius difficili Marte Gallis, Britannis et Germanis superatis urbes eorum quingentas Romanis tributum pendere coegit; multo oppido sudore per annos decem cum indomitis populis praeliatus, triumphum exinde consequuturus Romam regressus est. Eo potitus Pompeiumque ob enatam victoriis laudem plerosque e senatu sibi adversos et invidentes expertus Romanis irascitur; ex quo bellum civile secundo concitum ad Pharsaliam Graeciae, Caio, ut praemissum, nuper Romae restituto, eiusque filiae Iuliae Pompeii uxoris morte audita.

Hic Aristobulum a vinculis liberum cum legionibus duabus in Syriam misit, ipsam eius ope cum Iudaea amicam retinere confisus; adveniens ille ab amicis Pompeii veneno exstinguitur, et in ipso paterno solo sepulcri privatur sorte; corpus melle conditum asservatum est donec Antonius in regum monumenta iussit inferri. Eodem tempore filius eius

Σκιπίωνος ἀναιρεῖται καὶ Ἀλέξανδρος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, Πομπηίου γράψαντος.

Ὁ δ' αὐτὸς Πομπήιος ἔρχεται φυγὰς ὁλκάδι μιᾷ πρὸς Πτολεμαῖον καὶ Κλεοπάτραν εἰς Αἴγυπτον, καταλείψας τὴν Ῥώμην. καὶ ἀναιρεῖται λοιπὸν ὁ τηλικοῦτος ἀριστεὺς ὑπὸ Πτολεμαίου τῇ πρὸς Γάϊον Ἰούλιον Καίσαρα χάριτι. ὅπερ ἀκούσας Γάϊος ἐλθὼν ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τοῦ Πομπηίου σὺν τοῖς στρατεύμασιν ἀναιρεῖ μὲν τὸν Πτολεμαῖον διὰ τὸν Πομπηίου φόνον, βεβαιοῖ δὲ τῇ Κλεοπάτρᾳ μόνῃ τὴν ἀρχὴν Αἰγύπτου διὰ τὸν πρὸς αὐτὴν, ὥς φασιν, ἔρωτα, καὶ πάλιν εἰς Ῥώμην διὰ τῆς Ἰουδαίας ἐπάνεισιν, ἐπαναστάντων αὐτῷ τῶν Πομπηίου παίδων.

Τότε καὶ Ἀντίγονος ἐπὶ Γαΐου Καίσαρος πρὸς Ὑρκανὸν καὶ P. 302
Ἀντίπατρον πολλὰ περὶ τοῦ φόνου τοῦ πατρὸς Ἀριστοβούλου καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀδελφοῦ δικαιολογηθεὶς κατηγορεῖ σὺν τοῖς περὶ Πομπήιον καὶ Σκιπίωνα παρόντων καταβοῶν· οὐδὲν δὲ πλέον ἔδρασε τοῦ μείζονος γενέσθαι προκοπῆς αἴτιος Ἀντιπάτρῳ παραδόξως διὰ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ συμμαχίαν αὐτοῦ πρὸ μικροῦ, ὡς καὶ Μιθριδάτης ὁ Περγαμηνὸς μάρτυς ἦν δι' αὐτοῦ περισωθεὶς, αὐτός τε Ἀντίπατρος τὸ σῶμα πᾶν ἐπιδεικνὺς κατατετρωμένον ὑπὲρ εὐνοίας τοῦ Καίσαρος. ἀλλὰ τούτων ὁ Καῖσαρ ἀκούσας Ὑρκανῷ τὴν ἀρχὴν ἐπιβεβαιοῖ τῆς ἱερωσύνης καὶ Ἀντιπάτρῳ δυ-

5. πτολεμαίου B. τοῦ Πτολεμαίου G. 6. τὸν Γάϊον G. 11. τῶν] καὶ G. 15. καὶ] καὶ τὸν G. 17. συμμαχείαν B. ὡς καὶ] ὡς καὶ ὁ G. 20. εὐνοίας] εὔνοιαν G. ἀλλὰ] ἀλλὰ καὶ G. τούτων B. τοῦτον G. 21. ἱερωσύνης B. ἀρχιερωσύνης G. Conf. p. 303 b.

Alexander, Pompeio ita litteris significante, Antiochiae a Scipione interficitur.

Pompeius ipse Roma relicta fugitivus ad Ptolemaeum et Cleopatram navi oneraria in Aegyptum delatus est, ubi demum a Ptolemaeo gratiam Caio Iulio Caesari se praestare rato Divus ille neci traditur. Nuncio mortis accepto cum adversis Pompeio legionibus Caius in Aegyptum advolat et Ptolemaeum quidem ob Pompeii caedem ulciscitur, soli vero Cleopatrae, eius illecebris, ut aiunt, captus regnum Aegypti confirmat, et per Iudaeam itinere suscepto denuo Romam, insurgentibus in eum Pompeii liberis, revertitur.

Tunc quoque temporis de patris Aristobuli et fratris Alexandri caede apud Caium Caesarem in Hyrcanum et Antipatrum causam dicturus Antigonus, Pompeii amicos ipsumque Scipionem adstantes, ceu criminis reos, pluribus insectatus est. Nil autem amplius effecit quam ut praeter exspectationem maioris accessionis et gloriae Antipatro fieret auctor, quod nuperis diebus auxilium in Aegypto dedisset; aderatque facinorum eius testis Mithridates Pergamenus ab eo in praelio servatus, ipseque suae in Caesarem fidei confossum plagis corpus argumentum ostentabat. Caesar eius oratione motus Hyrcano in pontificatus honore confirmato, dynastiae cuius vellet optionem offert Antipatro, qua

B νατείας αἵρεσιν δίδωσιν· ἧς ἐπιδραξάμενος στρατηγὸν εὐθὺς
ἀναδείκνυσιν Ἱεροσολύμων καὶ πέριξ αὐτῆς τὸν πρῶτον παῖδα
Φασάηλον, Ἡρώδην δὲ νέον κομιδῇ τῆς Γαλιλαίας καὶ τῶν περὶ
ταύτην πόλεων οὐκ ἀποδέουσαν τῆς Φασαήλου ἀρχῆς. αὐτίκα δ'
οὗτος εὐδοκιμεῖ τῷ δεινῷ τοῦ φρονήματος, εὑρηκὼς ὕλην ἁρ-
μόζουσαν Ἡρώδης, ὡς γενέσθαι Σέξτῳ Καίσαρι γνώριμος διὰ
τὰς κατὰ λῃστῶν ἀριστείας.

V. 241 Ἐζεκίαν γὰρ ἀρχιλῃστὴν μετὰ πολλῶν τοῦ στίφους συλλα-
βόμενος κατατρέχοντα Συρίας ἀνεῖλε, φήμη τε περὶ αὐτοῦ μεγάλη
C κατὰ χώρας καὶ πόλεις ἐγένετο, ὡς εἴη καὶ πρὸς τὸ βασιλεύειν
ἐπιτήδειος. ἐκ τούτου κινεῖται καὶ Ὑρκανὸς κατ' αὐτοῦ ζηλο-
τυπίᾳ καταδίκῃ φονικῇ συνεχεῖ πειραθείς. Ἡρώδης δὲ πρὸς Σέξ-
τον εἰς Δαμασκὸν ἀνεχώρησε Καίσαρα καὶ τὴν ἀρχὴν παρ' αὐ-
τοῦ κοίλης Συρίας καὶ Σαμαρείας λαβὼν στρατηγὸς ἀναδείκνυται
μετὰ στρατεύματός τε παρεγένετο καταλύσων τὸν Ὑρκανὸν ἐπὶ
τὰ Ἱεροσόλυμα, εἰ μὴ ταῖς πατρικαῖς ἐκωλύθη παραινέσεσι.
καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν Ἰουδαίαν ἐν τούτοις ἦν, Ὑρκανοῦ μὲν ζηλο-
τυποῦντος Ἀντιπάτρῳ τῆς δυναστείας καὶ τοῖς παισὶ τῆς εὐπρα-
γίας, Ἡρώδῃ μάλιστα, Ἀντιπάτρου δὲ πρὸς Ὑρκανὸν τὰ τῆς
D εὐνοίας φυλάττοντος διὰ τὸ καὶ αὐτὸν ἡσυχάζειν θορύβων.

Ὁ δὲ Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανελθὼν πά-

2. καὶ τῶν πέριξ G. 3. Vulgo Φασάϊλον et infra Φασαΐλου. 5. τῷ δεινῷ] τὸ δεινὸν P. 5. τοῦ φρονήματος τῷ δεινῷ G. Transposui auctore B. 7. τὰς B. τῆς G. 9. ἀνεῖλεν AB. ἀνελὼν G. 11. καὶ om. G. 13. ἀναχωρήσας G. 15. τε om. G.

obtenta primum e liberis Phasaelum Hierosolymorum et circumpositae regionis praefectum instituit, Herodem vero aetate minorem Galilaeae adiacentiumque civitatum, non minore certe, quam quae Phasaelo obvenerat, ditione donat. Herodes quasi copiosa gloriae silva reperta, nomen et famam sibi parat ampliorem, adeo ut exhibito quam in latrones exseruit virtutis indicio, Sexto quoque Caesari familiaris redditus fuerit.

Ezechia quippe praedonum duce Syriam latrociniis infestante cum non exigua similium manu comprehenso ac neci tradito, fama de viro ceu principatu digno regionem civitatesque cunctas pervagata est. Haec in eum invidiae causa fuit Hyrcano, et ne mortis sententiam iniuste experiretur continuus timor. Interim Herodes ad Sextum Caesarem Damascum profectus, Coelesyriae Samariaeque renunciatus dux rem Romanam administrat; iamque versus Hierosolyma motis castris Hyrcanum deturbasset, nisi paterna monita eum in officio continuissent. Hic Iudaicarum rerum status, Hyrcano videlicet propter potestatis incrementum Antipatri fortunae, eius autem liberis et Herodi maxime ob egregie factorum successum invidente, Antipatro vero, eo quod nondum ad innovandum propenderet, integram fidem adhuc servante.

At Caius Iulius Caesar Romam reversus Pompeianis partibus, quibus

σης ἐφείσατο τῆς μοίρας Πομπηίου, ἧς ἐτύγχανε καὶ Κικέρων καὶ Βροῦττος καὶ Κάσσιος. καὶ γὰρ τῷ Γαΐου φόβῳ προδιέφθειρεν ἑαυτὸν φαρμάκῳ. τέλος δ' οὖν μετὰ τὴν Πομπηίου τελευτὴν ἔτει δ' κατὰ Κελτιβηρίαν πολλοῖς τοῖς ἀγῶσι τῶν Πομπηίου περιγίνεται παίδων, μόλις κρατήσας αὐτῶν, πολλὴν ἔχουσι δύναμιν, ὧν τὸν πρεσβύτερον ἀνελὼν τοὺς ἄλλους ζῶντας ἔλαβε. καὶ ἐλθὼν εἰς Ῥώμην τὴν τῶν ὑπάτων ἀρχὴν καταλύει σύνεγγυς ἔτι κατασχοῦσαν μετὰ Ταρκύνιον Σούπερβον, πρῶτος μοναρχήσας P. 303 Ῥωμαίων ἔτι φιλανθρωπότατος γενόμενος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων.

Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου Κλεοπάτρα θυγάτηρ Πτολεμαίου τοῦ καὶ Διονύσου ἔτη κβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ευμς'.

Ἀντώνιος Ἀραβίαν Κλεοπάτρᾳ προὔδωκε.

Κλεοπάτρα ἡ τελευταία τῶν Λαγιδῶν ἀπόγονος ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ ἀδελφοῦ, Ἀντωνίου μοιχευθεῖσα, τούτῳ καὶ αὐτὴ γέγονεν ἀπωλείας αἴτιος, ἀσπίδι καθ' ἑαυτῆς ὅπλῳ θανάτου χρησαμένη ἀπὸ Ἀλεξάνδρου ἔτει σ'η'. B

Ὑρκανὸς τὰ Ἱεροσολύμων ἀνέστησε τείχη ὑπὸ Πομπηίου καθαιρεθέντα.

Ἡρώδην Κάσσιος κοίλης Συρίας καὶ Ἰουδαίας στρατηγὸν ἐν Δαμασκῷ προεχειρίσατο.

2. Post *Κάσσιος* Goarus lacunam indicavit. *καὶ γὰρ*] Legebatur *κατὰ γάρ*. 4. *ἔτει* B. *ἔτη* G. Vulgo *Κελτιβέρειαν*. 5. *ἔχουσι*] *ἐχούσῃ* B. *ἐχόντων* m. 8. *Ταρκύνιον*] Vulgo *Ταρκυῖνον*. 11. *Αἰγύπτου*] *ἐβασίλευσε* addit m. 12. *κβ'*] *κε'* P. 13. *Κλεοπάτρα* B. *Κλεοπάτραν* G. 14. *ἀπόγονος* om. G. 15. *ὑπὸ Ἀντωνίου* G. 17. *ἀπὸ* — *σ'η'* om. G. *ἔτει*] *ἔτη* ABP. *σ'η'* AB. *ρ'η'* P. *τ'* corrigit Goarus temere. Vide p. 308 c. 21. *προεχειρήσατο* B.

Cicero, Brutus et Cassius annumerabantur clementem se exhibuit . . . . . Caii namque timore sumpto veneno mortem sibi conscivit. Post Pompeii denique caedem annos 4 Pompeii filiis valido exercitu instructis multo labore superior factus, eos in potestatem recepit; quorum maiore occiso, caeteris vitam reliquit. Romae demum restitutus, consulum auctoritatem a Tarquinii temporibus in eum usque diem vegetam et integram labefactavit omnino, primus Romanorum monarcha declaratus et omnium, qui prius regnaverant, habitus clementissimus.

Alexandriae et Aegypto imperavit Cleopatra Ptolemaei, qui etiam Dionysius, filia annis 22, mundi vero 5446.

Arabiam Cleopatrae donavit Antonius.

Cleopatra Lagidarum postrema fratricidio, et cum Antonio scortatione infamis eidem ruinae causa fuit, aspide postmodum ceu leti telo adversum se usa, ab Alexandri morte anno 300.

Hierosolymorum muros a Pompeio eversos Hyrcanus erexit.

Herodem Coelesyriae Iudaeaeque ducem Damasci Cassius instituit.

ΡΩΜΑΙΩΝ μόναρχος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη ε΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ευνδ΄.

Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἐλθὼν εἰς τὴν Ἰουδαίαν μετὰ τὸν Πομπηίου θάνατον ἀπ᾽ Αἰγύπτου βεβαιοῖ τὴν ἀρχὴν ἱερωσύνης Ὑρκανῷ καὶ Ἀντιπάτρῳ δυναστείας αἵρεσιν δίδωσιν.

C *Ὀλυμπιὰς ρπγ΄.*

Ἀπὸ κατὰ Ῥώμην ἔτη.

Ἀντώνιος τὸν ἕβδομον παρὰ Ῥωμαίοις μῆνα Κυντίλλιον καλούμενον Ἰούλιον μετονομασθῆναι ἐψηφίσατο διὰ τὸ γεννηθῆναι ἐν αὐτῷ.

Γάϊος Ἰούλιος ἔτη ε΄ μοναρχήσας Ῥωμαίων, προκαθήμενος τῇ συγκλήτῳ βουλῇ ἀθρόως ὑπὸ Βρούττου καὶ Κασσίου δολοφονεῖται συλλαβομένων περὶ τοὺς ξ΄ συγκλητικοὺς τῶν τηλικαύτης παρ᾽ αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἀξιωθέντων, ὡς καὶ ὑπατεῦσαι· V. 242 *πλὴν, ὥς φασιν, οὐ φέροντες τὴν Πομπηίου ἀναίρεσιν μηδὲ τὴν τῶν ὑπάτων καθαίρεσιν, ἀναιροῦσι μὲν αὐτὸν, πολεμοῦνται* D *δὲ φυγάδες αὐτίκα γενόμενοι παρὰ Ἀντωνίου σφόδρα τῷ Καίσαρι κατῳκειωμένου καὶ τηνικαῦτα ὑπατεύοντος. οὗτος οἴκτῳ τοῦ φόνου τὸν δῆμον προσλαβόμενος τοὺς μὲν φυγαδεύει, τὸ δὲ Καίσαρος μεγαλοπρεπῶς σὺν τῷ δήμῳ κηδεύει σῶμα. τούτου κληρονόμος υἱοθετηθεὶς ἦν αὐτῷ ζῶντι Ὀκταβιανὸς Καῖσαρ, ὁ*

3. *εἰς*] *κατὰ* G. 4. *ἱερωσύνην* B. Conf. p. 302 a. 7. *Ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἔτη* ... m. Post *ἔτη* G posuit lacunae signa, quae nulla sunt in B. 12. *Βρούτου* G. 13. *συλλαβομένων* B. *συλλαβόμενον* A. *συλλαβόμενος* G. 18. *καθοικειουμένου* A. *καθοικειωμένου* B. *καθοικειωμένῳ* G. Correxit m. 19. *τοὺς δὲ φυγαδεύει, τοῦ δὲ* G.

Romanorum monarcha Caius Iulius Caesar annis 5, mundi vero 5454.

Post Pompeii necem Caius Iulius Caesar ab Aegypto in Iudaeam divertens pontificis dignitatem Hyrcano reddit stabilem; Antipatro vero, quem vellet principatum, eligendum proponit.

Olympias 183.

A Romae conditu anni . . . . . .

Septimum Romanorum mensem Quintilem prius dictum, Iulium deinceps, Iulii in eo nati gratia nuncupandum statuit.

Caius Iulius Caesar Romanorum monarchiam annos quinque moderatus, sedens inter senatores primus Bruti Cassiique dolis inopinato interficitur in medio sexaginta senatorum consessu, quorum plerique iis fuerant humanitatis beneficiis excepti, ut consulatum etiam obtinuissent, qui tamen nec Pompeio necem illatam nec consulum potestatem imminutam ferentes, eius se mortis conscios reddidere; subinde nihilominus ab Antonio Caesari bene affecto ac consulatum tenente fugati profligantur. Commotis igitur caedis huiusmodi miseratione plebis animis, fuga sibi consulere cogit coniuratos, ac Caesaris demortui corpus mixto populi luctu sumptuosissime curat. Caesari dum viveret filius adoptivus fuit Octavianus Caesar, qui

καὶ Αὔγουστος κληθεὶς, υἱὸς Ἀττίας τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ καὶ Ὀκταβίου στρατηγικοῦ ἀνδρὸς, ὃς ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῆς Ἠπείρου λόγων ἕνεκα παιδεύσεως Ἑλληνικῆς διάγων εἰς Ῥώμην σπουδαίως διὰ τὴν τοῦ θείου σφαγὴν ἀναχθεὶς φιλοτιμίαις τὸν δῆμον προσάγεται καὶ τοῖς ὑπάτων προὔχουσιν Ἀντωνίῳ καὶ Ἐλπιδίῳ συμπλακεὶς P. 304 μικρὰ καὶ κρατήσας αὐτῶν πανταχοῦ, τέλος δὲ καὶ συνελθὼν αὐτοῖς εἰς φιλίαν, πολεμῆσαι Ῥωμαίων τούτους καὶ τὴν σύγκλητον πείθει καταψηφίσασθαι Βροῦττον καὶ Κάσσιον ἅμα τοῖς σὺν αὐτοῖς· στρατηγοὺς δὲ κατὰ ταὐτὸ Ἀντώνιον καὶ Ἐλπίδιον καὶ αὐτὸν Αὔγουστον τρίτον προχειρισθῆναι. καὶ ὁ μὲν Ἐλπίδιος πρὸς φυλακὴν ἔμεινε τῆς Ῥώμης, Αὔγουστος δὲ καὶ Ἀντώνιος τοῖς περὶ Βροῦττον καὶ Κάσσιον ἐν Ἑλλάδι πολεμήσαντες οὕτω κρατοῦσιν αὐτῶν, ὡς φυγάδας γενομένους φόβῳ τῶν ἐπικειμένων τέλος καὶ αὐτοὺς ἑκάτεροι διαχειρίσασθαι. εἶτα μετὰ τὴν νίκην ἐλθόντες εἰς Ῥώμην Αὔγουστος καὶ Ἀντώνιος διαιροῦνται μετὰ Ἐλπι- B διου τριχῆ τὴν ὅλην Ῥωμαίων ἀρχὴν, σχεδὸν δὲ εἰπεῖν τῆς οἰκουμένης. καὶ ὁ μὲν Αὔγουστος τὴν πρὸς ἑσπέραν ἄχρις Ὠκεανοῦ κληροῦται Εὐρώπην, Ἐλπίδιος δὲ τὴν πρὸς Λιβύην πᾶσαν, Ἀντώνιος δὲ ὅλην Ἀσίαν. ὃς ἀκούσας Λαβιῆνόν τινα τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων, ἕνα τῶν ἐπὶ Βροῦττον καὶ Κάσσιον, πρὸς Ἡρώδην Περσῶν βασιλέα φυγόντα καὶ Ῥωμαίοις πολεμεῖν σπεύ-

4. δῆμον] λαὸν G. 5. τοῖς] τῶν G. 8. Βροῦτον G hic et infra. 9. κατὰ τ' αὐτὸ B. κατ' αὐτὸ G. 12. πολεμήσαντες Bm. πολεμεῖ G. 14. διαχειρίσασθαι B. αὐχειρίσασθαι G. 16. τριχὶ B. 19. Vulgo Λαβίϊνον. 21. Ῥωμαίους G. σπεύσαντα] σπείσαντα A. σπήσαντα B. πείσαντα G.

et Augustus, Actia sorore et Octaviano equestris ordinis viro natus, qui Apolloniae Epiri Graecis litteris vacans, audita avunculi nece, Romam festine revocatus, populo muneribus conciliato, levibus dissidiis cum Antonio et Lepido consularibus viris dimicans, ubique superior factus, pace demum cum illis inita Romanis sibi adversantibus sese opponere, ac senatum in Brutum et Cassium reliquosque coniuratos sententiam ferre et adversus eosdem Antonium, Lepidum seque Augustum tertium belli duces designari curavit. Lepidus quidem Romae custodiendae praefectus in urbe mansit; Antonius et Augustus in Brutum et Cassium ac socios circa Graeciae fines arma movent. Ambos itaque ceu fuga salutem prius quaerentes superant; eosdemque malorum impendentium metu manus violentas sibi ipsis inferre cogunt. Parta hoc pacto victoria Augustus et Antonius Romae restituti, universum qua late patebat Romanum imperium, ne totum dicam orbem, in partes tres dividunt. Et Augustus Europam versus Oceanum omnem sortitur, Lepido Africa, Antonio Asia cuncta obvenit. Hic cum Labienum quendam, virum inter Romanos illustrem, Bruti Cassiique partibus affectum, ad Herodem Persarum regem confugisse, et Romanis bellum inferen-

σαντα, στατηγοὺς δὲ καὶ Πάκουρον τὸν υἱὸν ἐν πολλῇ δυνάμει πρὸς τοῦτο πέμψαντα, στέλλει πρότερον στρατηγοὺς τοὺς αὐτοῖς ἀντιταξομένους, ὧν εἷς ἦν Κασβένδιδος, ὁ καὶ τὴν νίκην Ῥω- C μαίοις διαπραξάμενος περί τε Λυδίαν καὶ ἐν τῇ Συριστὶ καλουμένῃ χώρᾳ τῆς Εὐφρατησίας. ἰσχυρῶς οὖν ἡττηθέντων Περσῶν ὑπὸ τῆς Ἀντωνίου καὶ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς στρατηγῶν Ἡρώδης ἔτι πρὸς δεύτερον ἑτοιμάζεται πόλεμον, τοῦτο πράττοντος καὶ Ἀντωνίου.

Τότε δὴ καὶ Ἀντίγονος προπέμψας Ἰουδαίων τοὺς εὔνους κατηγορεῖ Ἡρώδου καὶ τῶν ἀδελφῶν σὺν τῷ Ὑρκανῷ. ὁ γὰρ Ἡρώδου πατὴρ Ἀντίπατρος ὑπὸ Μαλίχου φαρμάκῳ προδιεφθάρη· τοὺς κατηγοροῦντας Ἡρώδου τιμωρησάμενος Ἀντώνιος τὴν ἀρχὴν Ὑρκανῷ καὶ Ἡρώδῃ τέως ἐβεβαίωσεν, εἰς Ἀντιόχειαν ὤν. D ἔπειτα πλειόνων κατ' αὐτῶν Ἰουδαίων ἐπιβοώντων ἀνεῖλεν αὐτῶν τοὺς προὔχοντας.

Τότε καὶ Κασσίῳ μετὰ τὴν Καίσαρος ἀναίρεσιν ὀκτακόσια τῆς Ἰουδαίας ἀφελομένῳ τάλαντα σπουδαῖος ὤφθη θεραπευτής, ἡνίκα καὶ Μάλιχον τῷ Κασσίου βουλήματι φονεύσας τὸν Ἀντιπάτρου θάνατον Ἡρώδης ἐξεδίκησε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. διωχθεὶς δὲ πάλιν τῆς ἀρχῆς σὺν τῷ Ὑρκανῷ προσφεύγει Ἀντωνίῳ, καὶ μὴ δεχθεὶς παρὰ τῶν Ἰουδαίων κρατερῶς μάχεται αὐτὸν διεκδι-

1. πάκουρον B. Πάκτουρον G. Πάκορον m. 3. ἀντιταξομένους B. ἀντιταξαμένους G. Κασβένδιδος] καὶ Βεντίδιος m ex Iosepho vol. II. p. 89. Conf. vol. I. p. 728. 729. τοῖς Ρωμαίοις G. 4. λυδίᾳ A. συριστῇ B. 11. διεφθάρη B. 16. κασσίων B. 17. ὤφθη B. ὤθη G. 18. τῷ Κασσίῳ G.

dum suadere, iamque duces nonnullos, Pacorumque filium cum non contemnenda militum manu Herodem misisse comperisset, duces, quos opponeret, elegit; quorum unus extitit Ventidius, qui ad Lydiam et provinciam Syriace dictam Euphratesiam praeclaram Romanis comparavit victoriam. Persis itaque ab Antonii et Romani senatus ducibus armorum vi debellatis, ad praelium secundum reparandum Herodes intendit animum, quod pari felicitate exsequitur Antonius.

Ea tempestate Iudaeorum sibi affectos in Herodem fratresque causam dicturos pari cum Hyrcano consilio mittit Antigonus; Antipater quippe Herodis pater veneni potu a Malicho diu iam e medio fuerat sublatus. Ab Herodis accusatoribus exactae poenae; Antonius autem Antiochiae tunc repertus Herodi et Hyrcano potestatem omnem commissam declarat et Iudaeorum Herodem omni vocis contentione insequentium praecipuos occidit.

Eadem aetate post Caesaris caedem talenta 800 ab Iudaeis Cassio exigenti studiosus Imperatorum minister adhaesit Antipater; Malichum vero Cassii consiliis occidens Herodes genitoris Antipatri mortem ultus est. Deiectus iterum potestate cum Hyrcano ad Antonium se recipit; Iudaeis autem illi subiici detrectantibus, partes eius etiam ferro tueri studuit An-

κεῖν Ἀντώνιος. ὁ δὲ Ἀντίγονος ἀπογνοὺς τῆς Ῥωμαίων βοηθείας Ἡρώδῃ προσφεύγει Περσῶν βασιλεῖ μαχομένῳ Ῥωμαίοις, καὶ V. 243
κατάγεται διὰ Πακόρου παιδὸς Ἡρώδου εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ὑπο- P. 305
σχόμενος χρυσοῦ χίλια τάλαντα Πέρσαις· Ὑρκανόν τε ζῶντα παραλαμβάνει, τοῖς ὀδοῦσιν ἐκκόψας αὐτοῦ τὰ ὦτα, ὡς μηκέτι ἱερατεύειν, καὶ τοῦτον προὔδωκεν αὖθις Πέρσαις ἄγειν μεθ' ἑαυτῶν. Ἡρώδης δὲ φυγὰς ἧκε πρὸς Μάλιχον Ἀράβων βασιλέα. τότε καὶ Φασάηλος ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀναιρεῖται.

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ.

Ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵ευνη'.

Δεύτερος Ῥωμαίων μόναρχος Καῖσαρ Σεβαστὸς Ὀκταούιος, ὁ B
καὶ Αὔγουστος ἐπικληθεὶς, ἐβασίλευσεν ἔτη νϛ'.

Τῷ ͵ευξ' ἔτει τοῦ κόσμου δεύτερον ἐχρημάτισεν Αὐγούστου Καίσαρος πλῆρες, καὶ ἀρχὴ τοῦ τρίτου, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἴνδικτος ὑπ' αὐτοῦ ἤτοι ἐπινέμησις ἐθεσπίσθη, ὡς μαρτυρεῖ ὁ μακάριος Μάξιμος ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ.

Ἰουδαίοις πρεσβευσαμένοις εἴτουν Ὑρκανῷ καὶ Ἡρώδῃ, δόγμα συγκλήτου καὶ Ἀθηναίων ψήφισμα περὶ φιλίας ἐξεπέμφθη.

Κικέρων ὁ ῥήτωρ καὶ συγκλητικὸς ἐν Γαΐταις ἀνῃρέθη τῆς Ἰταλίας, ὡς δὲ ἄλλοι φασὶν, ὅτι φαρμάκῳ διέφθειρεν ἑαυτόν. C

1. *Ἀντώνιος* m. Vulgo *Ἀντώνιον*. 3. *πάκρου παιδὸς ἢ ῥώδος* B. *ὑποστόμενος* B. 8. Vulgo *Φασάϊλος*. 10. *͵ευνθ'* m. 13. *ἔτει* add. B. 17. *πρεσβευσαμένοις* B. *πρεσβευσάμενος* G. *εἴτουν*] Vulgo *ἤτουν*. 19. *καὶ* om. G. 20. *δὲ*] *καὶ* G.

tonius. Antigonus a Romanis auxilium consequi desperans Herodem Persarum regem cum Romanis inimicitias exercentem adit et auri talenta mille Persis pollicitus a Pacoro Herodis filio in Iudaeam reducitur; tum Hyrcano vivo comprehenso, ne amplius sacerdotio fungeretur, propriis dentibus aures abscindit et Persis secum amovendum tradit. Caeterum Herodes fuga sibi tutamen comparat apud Malichum Arabiae regem; quo tempore Phasaelus eius frater interficitur.

CHRONOGRAPHIA.

A mundi conditu anno 5459.

Romanorum monarcha 2 Augustus Octavius, vero cognomine Augustus, imperavit annis 56.

Anno ab orbis natalibus 5460 Augusti Caesaris annus secundus completur et init tertius, quo indictio, id est annorum distributio eius placito instituta est, teste B. Maximo tractatu de paschate.

Iudaeis, id est Hyrcano et Herodi legationem mittentibus senatus consultum Atheniensiumque decretum de servanda ad invicem amicitia vicissim missum.

Cicero rhetor vir ordinis senatorii Caietae Italiae urbe occiditur vel, ut aliis placitum, veneno sibi mortem conscivit.

Ἡ τῶν ἐν Περγάμῳ βασιλευσάντων ἐπαύσατο ἑπτὰ βασιλέων ἀρχὴ διαρκέσασα ἔτη ρνδ΄ ἀπὸ τοῦ ͵ετιγ΄ κοσμικοῦ ἔτους ἕως τοῦ ͵ευξζ΄, ὡς ἑξῆς δηλωθήσεται.

Ἀπὸ Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος οἱ μετέπειτα Ῥωμαίων βασιλεῖς Καίσαρες ὠνομάσθησαν, ἀπὸ δὲ Αὐγύστου Αὔγουστοι. ἐπὶ τούτου τὰ Ῥωμαϊκὰ ἤκμασεν.

Ἐλπίδιον Ἀντωνίῳ συμμαχοῦντα λαβὼν Αὔγουστος ζῶντα ἀνεῖλεν ἐν Ῥώμῃ.

Οἱ Ἀντιοχεῖς ἔνθεν ἀριθμοῦσι τοὺς ἑαυτῶν χρόνους.

Ἀντώνιον καὶ Ἐλπίδιον νικήσας Αὔγουστος εἰς φιλίαν προσδέχεται πρεσβευσαμένης τῆς συγκλήτου.

D Αὔγουστος τὴν Εὐρώπην ἐκληρώσατο, Ἐλπίδιος τὴν Λιβύην καὶ Ἀντώνιος τὴν μεγάλην Ἀσίαν.

Οὗτος ἐλθὼν ἐν Κιλικίᾳ καὶ Κλεοπάτραν μεταστειλάμενος ἁλίσκεται τῷ ταύτης ἔρωτι. κατὰ Περσῶν δὲ στρατεύσας καὶ ἡττηθεὶς ἐπανέρχεται πολεμήσων Αὐγούστῳ, πρὸς ὃν ναυμαχήσας καὶ ἡττηθεὶς ἑαυτὸν διεχειρίσατο.

Αὔγουστος πεζὸν ἐθριάμβευσε θρίαμβον.

Ἡ τῶν Ἠπειρωτῶν ἓξ βασιλέων ἀρχὴ ἐπαύσατο διαρκέσασα ἔτη ϟ.

Ἔτη λδ΄ τὸν Ὑρκανὸν στοιχειοῦντες κρατήσαντα Ἰουδαίων

4. Ῥωμαῖοι G. 5. δὲ om. G. 7. ἐλπίδιον B. Ελπιδίον G. ἀντωνίῳ B. ἀντώνιον A. Αντωνίου G. 9. ἑαυτῶν B. αὐτῶν G. 15. τῷ ταύτης] τῆς αὐτῆς G. 17. διεχειρήσατο B.

Regum septem Pergami regnantium desiit imperium postquam annis 154 stetit, ab anno mundi 5313 ad annum 5467, prout ex sequentibus manifestum fiet.

A Caio Iulio Caesare, qui deinceps Romanum imperium tenuerunt Caesares, et Augusti ab Augusto nuncupati sunt. Huius tempore Romanae res floruerunt.

Elpidium Antonii consiliis faventem deprehendens Augustus Romae interemit.

Aerae sibi propriae annos Antiochenses hinc exordiuntur numerare.

Antonium et Lepidum victos senatus precibus Augustus in amicitiam recipit.

Europam Augustus, Lepidus Africam, Antonius universam Asiam regendam sortitus est.

Hic in Ciliciam profectus, Cleopatrae illuc arcessitae, eius amore captus est. Moris autem in Persas armis inferior rediens bello cum Augusto decertat; eductisque in eum copiis navalibus superatus, ipse sibi necem intulit.

Augustus pedes triumphum ducit.

Regum sex Epirotarum desiit imperium, quod annis 90 steterat.

Hyrcanum annis 34 imperasse computantes ex eius annis Antigono

ἐπισημαινόμεθα τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ τρία τούτων Ἀντιγόνου λογίζεσθαι. P. 306 τῷ γὰρ λα' ἔτει Ὑρκανοῦ καταχθεὶς ὑπὸ Πάρθων εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν Ἰουδαίων κρατεῖ μὲν αὐτῆς ζῶντα τὸν Ὑρκανὸν χειρωσάμενος καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἀποτεμὼν αὐτοῦ τὰ ὦτα, ὡς ἂν μὴ τὸ λοιπὸν ἱερατεύοι, καὶ Πάρθοις ἐκδίδωσιν ἄγειν εἰς τὴν Περσικήν. ἀναιρεῖ δὲ Φασάηλον ἀδελφὸν Ἡρώδου καὶ φυγαδεύει τοῦτον πολλὰ καταδραμόντων αὐτοῦ Πάρθων ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν μετὰ μητρὸς καὶ τῆς συγγενείας. φεύγοντος Ἡρώδου καὶ τούτους πολλάκις πολέμῳ τρεπομένου, καὶ κατασφαττόμενος, ὃς πολλάκις πρὸς Μάλιχον Ἀράβων βασιλέα θαρρῶν καταφεύγει, ἤδη προευεργετημένον, οὐ προσδεχθεὶς δὲ φόβῳ τῶν Πάρθων εἰς Ἀλε- B ξάνδρειαν ἔρχεται πρὸς Κλεοπάτραν. δεξιωθεὶς οὖν παρ' αὐτῆς καὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ὑπ' αὐτὴν ἔχειν ἀρχῆς ἀνεβάλλετο διὰ τὴν πρὸς Ἀντώνιον ἐπὶ Ῥώμην καὶ Αὔγουστον πορείαν, ὡς Ἰώ- V. 244 σηππος, ὡς δὲ Ἀφρικανὸς, σὺν αὐτῇ πρὸς Ἀντώνιον ἦλθε, κἀκεῖνος παρὰ τὸν Σεβαστὸν Ὀκταούιον εἰς Ῥώμην αὐτὸν ἔστειλεν. ὁ δὲ διὰ τὸ τὸν Ἀντίγονον ὑπὸ Πάρθων ἐχθρῶν ὄντων Ῥωμαίοις κρατῆσαι τῆς ἀρχῆς, διά τε τὸν αὐτοῦ πατέρα Ἀντίπατρον συμμαχήσαντα Ῥωμαίοις καὶ αὐτὸν Ἡρώδην, γράφει τοῖς κατὰ Συρίαν στρατηγοῖς κατάγειν Ἡρώδην ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ἰουδαίων, C Σωσίου τὸν πρὸς Ἀντίγονον πόλεμον ἐπιτραπέντος ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ὃς ἔτεσι τρισὶν ἐπεκράτησεν.

1. τούτων m. Vulgo τοῦτον. Ἀντιγόνου] Vulgo Ἀντίγονον. Ἀντιγόνῳ m. 5. ἄγειν] ἄγων G. 6. Vulgo Φασάϊλον. 8. τούτους] τοῦτον m. 9. πολέμῳ — πολλάκις om. B. κατασφαττομένου m. 16. παρὰ] περὶ G. 17. δὲ addidi ex A. ὑπὸ] ὑπὲρ G.

tres assignandos laterculi istius ignaris denunciamus. Anno quippe Hyrcani 31 in Iudaeam reductus a Parthis obtinet potestatem, vivoque capto Hyrcano, morsu et dentibus, ne sacerdotio amplius esset idoneus aures detruncat et in Persiam abducendum Parthorum manibus permittit. Phasaelum autem Herodis fratrem interficit, eundemque crebris Parthorum incursionibus cum matre totaque cognatione insequitur. Fugiens Herodes, ac frequenter adversum Martem expertus, ac tantum non mactatus ad Malichum Arabum regem beneficiis pluribus iam ante sibi devinctum cum fiducia recurrit. Parthorum tamen metu repulsam passus, Cleopatram convenit, et ab ea Alexandriae receptus humaniter, ne Antonium et Augustum aditurus Romam properaret, ab ea imperii curam ipsi delegante detinebatur, ut Iosephus testis est, vel ut Africanus, ad Antonium cum ea profectus est, qui mox advenientem ad Augustum Octavium Romam amandavit. Quod autem Antigonus Parthorum Romano nomini infensorum armis principatu potiretur, quodque Antipater Herodis parens Romanos olim bello iuvisset, et Herodes ipse de iisdem esset bene meritus, eam ob rem, ut in Iudaeae regnum Herodem restituant, Syriae praefectis Octavius per litteras significat. Sosio Caesaris belli adversus Antigonum suscipiendi cura commissa, in annos tres deinde productum est.

Ἰωσήππου ἐκ τοῦ ιδ' λόγου τῆς ἀρχαιολογίας περὶ τῆς Ἡρώδου ἀσημότητος.

Κόσμου ἔτη ,ευξθ'.

Τοῦτο τὸ πάθος συνέβη τῇ Ἱεροσολυμιτῶν πόλει ὑπατεύοντος ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Ἀγρίππα καὶ Κανδίδου Γάλλου ἐπὶ τῆς ρπε'
D ὀλυμπιάδος τῷ τρίτῳ μηνὶ τῇ ἑορτῇ τῆς νηστείας, ὡς ἐκ περιτροπῆς τῆς γενομένης ἐπὶ Πομπηίου τοῖς Ἰουδαίοις συμφορᾶς. καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνου τῇ αὐτῇ ἑάλωσαν ἡμέρᾳ μετὰ ἔτη κζ'. Σώσιος δὲ χρυσοῦν ἀναθέμενος τῷ θεῷ στέφανον ἀνέζευξεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων Ἀντίγονον ἄγων δεσμώτην Ἀντωνίῳ. δείσας δ' Ἡρώδης μὴ φυλαχθεὶς Ἀντίγονος ὑπὸ Ἀντωνίου τοῦ υἱοῦ καὶ κομισθεὶς εἰς Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ δικαιολογήσηται, καὶ πρὸς τὴν σύγκλητον ἐπιδεικνὺς αὐτὸν μὲν ἐκ βασιλέων, Ἡρώδην δὲ ἰδιώτην ἢ ὅτι προσῆκεν αὐτοῦ βασιλεύειν τοὺς παῖδας, ἢ καὶ αὐτὸς εἰς Ῥωμαίους ἐξήμαρτε. ταῦτα φοβούμενος πολλοῖς χρήμασι πείθει τὸν Ἀντώνιον ἀνελεῖν τὸν Ἀντίγονον. οὗ γενομένου τοῦ δέους μὲν
P. 307 Ἡρώδης ἀπαλλάττεται. παύεται δὲ οὕτως ἡ τοῦ Ἀσαμωναίου ἀρχὴ μετὰ ἔτη ρκς'. οἶκος λαμπρὸς οὗτος ἦν καὶ διάσημος γένους τε ἕνεκα καὶ τῆς ἱερατικῆς τιμῆς, ὧν ὑπὲρ τοῦ ἔθνους οἱ γονεῖς αὐτοῦ διεπράξαντο. ἀλλ' οὗτοι μὲν διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους στάσιν τὴν ἀρχὴν ἀπέβαλον. μετέβη δὲ εἰς Ἡρώδην τὸν Ἀντιπάτρου

1. ιδ'] Cap. 16. p. 737. 9. ἀναζεύξας ἀπὸ Ἱεροσόλυμα G. Correxi ex B. 17. ἀπαλλάσσεται B. Ἀσαμον — vulgo. ἀσσαμον — B. 18. οὗτος λαμπρὸς G. 21. ἀπέβαλον B. ἀπέλαβον G.

Ex Iosephi antiquitatum libro decimo quarto de Herodis obscuro genere.

Anni mundi 5469 numerantur.

Ea calamitas Hierosolymorum civibus accidit M. Agrippa et Candido Gallo coss. Olympiade 185, mense tertio, feriis quibus solemne ieiunium celebratur, tanquam redeunte in idem temporis momentum illata quondam a Pompeio clade. Illo siquidem eodem die ante annos 27 civitas eorum capta fuerat. Sosius autem appensa dei templo corona aurea, vinctum Antigonum ad Antonium ducens Hierosolymis discessit. Porro veritus Herodes, ne ab Antonio servatus Antigonus et ab eo Romam perductus coram senatu de principatus iure decertaret, et se quidem regia stirpe, Herodem obscuris natalibus ortum, aut certe in filios, si quid ipse in Romanum nomen admisisset criminis, regnum haereditario iure transferendum causaretur, ut Antigonus e vivis tolleretur oblatis Antonio muneribus persuadet. Eo perpetrato metu quidem liberatur Herodes, tali vero exitu Assamonaeorum regnum post annos 126 desiit. Domus adeo illustris generis claritudinem et honorem sacerdotii maioribus suis virtute propria sese olim commendantibus debebat; verum dissidiis quibus decertaverunt posteri potestatem amisit. Inde rerum summa Herodi Antipatri filio, plebeio genere nato

οἰκίας ὄντα δημοτικῆς καὶ γένους ἰδιωτικοῦ καὶ ὑπακούοντος τοῖς βασιλεῦσι. καὶ τοῦτο μὲν τὸ τέλος τῆς Ἀσαμωναίων γενεᾶς παρειλήφαμεν.

Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν Ὑρκανῷ καὶ Ἀντιγόνῳ συμβάντων B καὶ περὶ Ἡρώδου τοῦ τε Σεβαστοῦ καὶ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας ἐν ἐπιτόμῳ.

Ὀκταούιος ὁ Σεβαστὸς, ὃν Αὔγουστον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, θετὸς ὢν υἱὸς αὐτοῦ, ἀπὸ Ἀπολλωνιάδος τῆς Ἠπείρου, ἔνθα ἐπαιδεύετο, εἰς Ῥώμην ἐπανελθὼν τῶν ἐν τέλει τῆς ἡγεμονίας εἴχετο. Ἀντώνιος δὲ ὕστερον τὴν τῆς Ἀσίας καὶ ἐπέκεινα ἀρχὴν ἔλαχεν. ἐπὶ τούτου Ἡρώδου κατηγόρουν Ἰουδαῖοι. ὁ δὲ τοὺς πρέσβεις ἀποκτείνας Ἡρώδην ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κατῆξεν ἀρχήν. ὕστερον δὲ ἅμα Ὑρκανῷ καὶ Φασαήλῳ τῷ ἀδελφῷ ἐξεώθη καὶ προσ- C φυγὼν Ἀντωνίῳ κατῆλθε. μὴ δεχομένων δὲ αὐτὸν Ἰουδαίων μάχη γίνεται καρτερά. μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ Ἀντίγονον κατιόντα ἐκδιώκει μάχῃ, Ἀντίγονος δὲ προσφυγὼν Ἡρώδῃ τῷ τῶν Πάρ- V. 245 θων βασιλεῖ διὰ Πακόρου τοῦ υἱοῦ κατῆλθεν ἐπὶ χρυσοῦ ταλάντοις χιλίοις. καὶ ὁ μὲν Ἡρώδης φεύγει, Φασάηλος δὲ ἐν τῇ μάχῃ ἀναιρεῖται, Ὑρκανὸς δὲ Ἀντιγόνῳ παρεδόθη ζῶν· ὁ δὲ Πάρθοις αὐτὸν ἔδωκεν ἄγειν, ἀποτεμὼν αὐτοῦ τὰ ὦτα, ὡς μηκέτι ἱερῷτο· ᾐδέσθη γὰρ αὐτὸν ὡς οἰκεῖον ἀποκτεῖναι. Ἡρώδης

1. οἰκίας] οἰκείας G. 2. Ἀσαμον — vulgo. ἀσσαμον — B. 5. τε add. A. καὶ Ἀντωνίου] καὶ om. G. 7. καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι G. 8. αὐτοῦ] Hoc est Caesaris. 13. Vulgo Φασαΐλῳ et infra Φασάϊλος. 13. ἐξεώθει A. 14. αὐτὸν] αὐτῶν B. 17. Πακόρου Scaliger. Vulgo Πακώρου. 20. αὐτὸν add. B.

et regibus quondam subiecto demandata est. Et hunc quidem Assamonaeae familiae exitum a maioribus accepimus.

Ex Africano de iis quae Hyrcano et Antigono acciderunt et de Herode, Augusto, Antonio et Cleopatra summatim.

Ἡρῴδης θεηλάτως πληγεὶς καὶ τρίτον υἱὸν ἐπιβουλεύοντα νομίσας γνήσιον ἀνεῖλεν. ὁ αὐτὸς ὕδρωπι συσχεθεὶς σκώληκας ἀπὸ τοῦ στόματος ἐξέβρασε καὶ οὕτως δεινῶς ὀδυρόμενος τέθνηκεν. ὁ αὐτὸς ο΄ ἔτη ἔζησε καὶ λζ΄ ἔτη ἐβασίλευσε τῶν Ἰουδαίων.

C *ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφε΄.*

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ε΄.

Τελευτήσαντος Ἡρῴδου κατὰ Ματθαῖον τὸν θεσπέσιον, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ᾽ ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ λέγων, ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ. ἦν δ᾽ ἄρα ε΄ ἔτος τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡλικίας κατὰ σάρκα.

Ἰουδαίων δεύτερος ἀλλόφυλος ἐβασίλευσεν Ἀρχέλαος υἱὸς Ἡρῴδου ἔτη θ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵εφϛ΄.

D *Αὔγουστος Ἀρχέλαον μὲν υἱὸν Ἡρῴδου Ἰουδαίων ἐθνάρχην*

2. *ΚΟΣΜΟΥ*] *τοῦ κόσμου* AB. 7. *θεηλάτης* G. 9. *οὕτως* B. *οὕτω* G. 13. *Ματθαῖον*] Cap. 2. 14. *κυρίου* om. G.

Herodis alienigenae reliqua gesta.

ANNI MUNDI 5501.

Herodes sicariorum sceleratissimus audita magorum relatu domini et dei et salvatoris nostri Iesu Christi nativitate, aliis consanguineorum caedibus cumulum additurus, Bethleemiticos infantes mactat.

Herodes plaga caelitus immissa percussus filium e suis tertium insidiari ratus occidit. Hydropis labe male affecto vermes ore ebulliebant; quare inter querelas et eiulatus miseram animam effudit. Vixit annis septuaginta, Iudaeis imperavit septem et triginta.

ANNI MUNDI 5505.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 5.

Herode mortuo, scribit divinus evangelista Matthaeus, „ecce angelus domini per somnum apparuit Ioseph dicens: „ exsurgens accipe puerum et eius matrem et vade in terram Israël." Erat tunc aetatis secundum carnem salvatoris quintus.

Iudaeorum rex 2 alienigena Archelaus, Herodis filius, annis 9; erat vero mundi annus 5506.

Archelaum quidem Herodis filium Iudaicae gentis rectorem Augustus

κατέστησε, τοὺς δὲ ἄλλους ἀδελφοὺς αὐτοῦ τέσσαρας ὄντας, Ἡρώδην ὁμώνυμον τῷ πατρὶ καὶ Ἀντίπατρον τῷ πάππῳ Λυσανίαν τε καὶ Φίλιππον, τετράρχας ἀνέδειξεν.

Ἰστέον ὅτι διάφορα εὐαγγέλια γέγραπται, ἐξ ὧν τέσσαρα V. 253
μόνα κέκριται τοῖς μακαρίοις ἀποστόλοις ἐκκλησιάζεσθαι, καὶ ἄλλοις παιδικὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν συγγέγραπται, ἐν οἷς αἱ μέχρι δωδεκαετοῦς χρόνου τῆς κατὰ σάρκα ἡλικίας αὐτοῦ τούτων αἰώνων ποιητοῦ ἐμπεριφέρονται θαυματουργίαι· τὰς γὰρ ὅλας ὑπ' αὐτοῦ τελεσθείσας δυνάμεις ἀδύνατον ἦν γραφῆναι, διὰ τὸ μηδὲ τὸν κόσμον ὅλον δύνασθαι χωρεῖν καὶ αἰσθητῶς καὶ νοητῶς τὰ P. 318
γραφόμενα βιβλία κατὰ τὴν θεολόγου μαρτυρίαν. Λουκᾶς δὲ ὁ σοφώτατος ἐν μέρει ταῦτα σημαίνων οὕτω φησί· τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς Ἱερουσαλὴμ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν ιβ', ἀναβαινόντων αὐτῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς, καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας, ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς, ἐπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι ἦλθον ἡμέρας ὁδόν, καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ B
ἐν τοῖς γνωστοῖς, καὶ μὴ εὑρόντες αὐτὸν ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ζητοῦντες αὐτόν. καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας τρεῖς εὗρον

2. *Ἡρώδη* G. 6. *συγγέγραπται*] *γέγραπται* G. *μέχρι δώδεκα ἔτους χρόνου τῆς* B. *μέχρι τοῦ ιβ' ἔτους χρόνου τῆς* A. *μέχρι τοῦ ιβ' ἔτους τῆς* G. 11. *Λουκᾶς*] Cap. 2. 14. *ἐπ'*] *ἐν* G. 20. *ἀνεζήτων* A. 22. *ηὗρον* A.

instituit; fratres autem eius quatuor, Herodem nimirum eiusdem cum patre nominis et cum avo Antipatrum Lysaniamque et Philippum, quadrumviros declaravit.

Sciendum conscripta fuisse diversa evangelia, e quibus quatuor duntaxat B. apostolis probata, quae publice in ecclesia legerentur. A nonnullis salvatoris infantia scriptis exarata, quibus patrata ad annum aetatis secundum carnem 12 salvatoris saeculorum opificis miracula memorantur. Edita namque cuncta virtutum eius opera humanarum virium non erat conscribere, quod neque mundus universus, teste theologo, pro sensus aut intellectus captu digesta de mirandis eius volumina continere possit. Ea vero Lucas ex parte delibans solerter dixit; „puer crescebat et confortabatur spiritu, plenus sapientia et gratia dei erat in illo." Eius porro parentes per annos singulos die paschatis festo Hierosolymam se conferebant. Cum vero annorum esset 12, adscendentibus illis Hierosolyma secundum diei festi consuetudinem, consummatis diebus, ut redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem. Et non cognovit Ioseph vel mater eius. Eum vero in comitatu esse rati, diei unius itinere processerunt; et inter cognatos et notos requisito et non invento, in Hierusalem quaesituri reversi sunt. Diebus itaque tri-

αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων καὶ ἀκούοντα αὐτῶν καὶ ἐπερωτῶντα αὐτούς. ἐξίσταντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες αὐτοῦ ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφιγ΄.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ιγ΄.

Τὰ ὑπόλοιπα τῶν Ῥωμαίων Καίσαρος Σεβαστοῦ Ὀκταουίου, τοῦ καὶ Αὐγούστου.

C Ἐπὶ Καίσαρος Αὐγούστου φιλόσοφοι ἤκμαζον ἐπίσημοι οὗτοι, Βιργίλιος, Σαλούστιος, Λίβιος, Ὁρτένσιος, Τερέντιος, Ὁράτιος, Ἀθηνόδωρος Ταρσεὺς καὶ Σιτίων Ἀλεξανδρεύς.

Ἀθηναῖοι στασιάζειν ἀρξάμενοι κολασθέντες ἐπαύσαντο.

Αὔγουστος κρατήσας μετὰ Γάϊον Ἰούλιον Καίσαρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τὰ πάντα ἔτη νς΄, μονοκράτωρ δὲ ἔτη μγ΄, ὡς δὲ ἕτεροι μη΄, τελευτᾷ τὸν βίον ἐν Ῥώμῃ, καθ᾽ ὃν χρόνον ἔκλειψις ἡλιακὴ γέγονε, λιμός τε κατέσχε τὴν Ῥωμαίων ἰσχυρά, ὡς πολλῶν δηναρίων τὸν μόδιον τοῦ σίτου πραθῆναι.

D Ὁ αὐτὸς τοὺς οἰκήτορας Ῥώμης κατὰ πρόσωπον ἀριθμήσας εὗρεν οἰκοῦντας αὐτὴν ἀνδρῶν μυριάδας ιγ΄ καὶ ͵αλζ΄.

Τιβέριον δὲ τὸν αὐτοῦ πρόγονον υἱοθετησάμενος, περιφανῆ

2. αὐτῶν] αὐτοὺς G. 6. καὶ Καίσαρος m. 9. βιργήλιος B. 10. Σιτίων] Σωτίων Scaliger p. 76. ex Hieronymo. *Sition* etiam Eusebius p. 368. 14. τοῦ βίου G. 15. ἡλιακὴ B. ἡλίου G. 17. τοὺς om. B.

bus elapsis in templo medio doctorum consessu sedentem, illos audientem et interrogantem repererunt. Omnes porro qui eum audiebant, eius sapientia responsisque cognitis stupebant.

ANNI MUNDI 5513.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 13.

Reliqua Romanorum et Caesaris Octavii Augusti gesta.

Augusto Caesare imperante Virgilius, Salustius, Livius, Hortensius, Terentius, Horatius, Athenodorus Tarsensis et Sition Alexandrinus philosophi clarebant.

Athenienses res novas moliti et castigati quieverunt.

Augustus post C. Iulium Caesarem imperium adeptus, annis in universum 56 solus annis 43, vel ut aliis placet 48 regnavit. Diem extremum Romae obit, quo tempore solis eclipsis contigit, famesque adeo valida Romanum imperium obtinuit, ut aere plurimo frumenti modius distraheretur.

Romae civibus viritim recensitis myriades hominum 13 et 1037 idem numeravit.

Tiberium privignum adoptatum imperii successorem illustrem et Roma-

τῆς ὅλης ἀρχῆς διάδοχον, καὶ Ῥωμαίων τρίτον ἀνέδειξεν αὐτοκράτορα, ὃς καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη κβ'.

Τὰ ὑπόλοιπα τοῦ δευτέρου ἀλλοφύλου Ἀρχελάου υἱοῦ Ἡρώδου.

Οὗτος μετὰ θ' τῆς ἀρχῆς ἔτη εἰς Βίενναν πόλιν Γαλατίας ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξορίζεται.

Ἰουδαίων γ' ἀλλόφυλος Ἡρώδης, υἱὸς Ἡρώδου, ἀδελφὸς Ἀρ- P. 319
χελάου, ἔτη κδ'.

Οὗτος Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν ἀνεῖλε τῷ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἀρ- V. 254
χῆς, ἐφ' οὗ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἑκουσίως δι' ἡμᾶς τὸ σωτήριον πάθος ὑπέστη.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφιε'.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη ιε'.

Ῥωμαίων γ' μόναρχος Τιβέριος ἔτη κβ'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵εφιε'.

Τῆς μικρᾶς Ἀσίας σεισμῷ ιγ' πόλεις κατεπτώθησαν, Ἔφεσος, B
Μαγνησία, Σάρδεις, Μοστηνὴ, Αἰγαὶ, Ἱεροκαισάρεια, Φιλαδέλφεια, Τμῶλος, Τῆμνος, Μύρινα, Κύμη, Ἀπολλωνία Δία, Ὑρκανία.

5. ἔτη τῆς ἀρχῆς G. Βίενναν] βίενναν AB. Βίαναν G. *Viennam* Eusebius p. 368. Γαλατίας] Vulgo Γαλιλαίας. Correxi ex Eusebio, ubi est *Galatarum*. Γαλλίας m. Similiter peccatum p. 331 a. 8. τοῦ δὲ κόσμου ͵εφιε' addit m. 13. ἔτη] ἔτος B. 14. μονάρχης G. 17. σάρδις AB. Vulgo Μοστίνη. *Mosthene* Eusebius p. 369. Αἰγαὶ] Vulgo Αἶγαι. Φιλαδελφία G. 18. Τῆμνος] τῖμος A. τίμος B. *Temnus* Eusebius. Vulgo Μυρῖνα. μυρίνα B. κυμὴ B.

norum Imperatorem tertium renunciavit, qui deinde annis viginti duobus rempublicam administravit.

Reliqua Archelai filii Herodis regis alienigenae gesta.

Hic rerum summa annos novem potitus Viennam Galliae a Romanis in exsilium mittitur.

Iudaeorum rex 3 alienigena Herodes, Herodis alterius filius, Archelai frater, annis 24, mundi vero 5515.

Hic Ioannem baptistam occidit ipso regni accepti anno redeunte. Eo regnante spontaneam pro nobis passionem dominus subiit.

ANNI MUNDI 5515.

DIVINAE INCARNATIONIS AN. 15.

Romanorum monarcha 3 Tiberius tenuit imperium annis 22, mundi vero 5515.

Urbes minoris Asiae tredecim terrae motu corruunt: Ephesus, Magnesia, Sardes, Mostine, Aegae, Hierocaesaria, Philadelphia, Tmolus, Tymus, Myrina, Cumae, Apollonia Dia, Hyrcania.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφκʹ.

Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη κʹ.

Τὴν μὲν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο μόνοι τῶν εὐαγγελιστῶν ἱστόρησαν, Ματθαῖος τὸ βασιλικὸν ἐκ τοῦ Δαβὶδ κατὰ Σολομῶνα καὶ Λουκᾶς τὸ ἱερατικὸν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Δαβὶδ, κατὰ Νάθαν υἱὸν αὐτοῦ. C *τὴν δὲ ἄχρονον γέννησιν ἐκ τοῦ πατρὸς Ἰωάννης μόνος ὁ υἱὸς τῆς βροντῆς ἐθεολόγησε. τὸν μέντοι περὶ τοῦ βαπτίσματος λόγον οἱ τέσσαρες ὁμοφρόνως συνέγραψαν, εἰκότως. ἀλλ' οἱ μὲν τρεῖς ἀπροσδιορίστως, Λουκᾶς δὲ ὁ θεσπέσιος καὶ τὸν χρόνον ἠκρίβωσεν εἰπὼν οὕτως· ἐν ἔτει ιεʹ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας καὶ τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδου, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς, ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα, ἐγένετο* D *ῥῆμα θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. καὶ ἦλθεν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ἄξιον μὲν οὖν θαυμάσαι τὴν θείαν τοῦ σοφωτάτου εὐαγγελιστοῦ συντομίαν, πῶς ἐν ὀλίγαις λέξεσι τὰ διὰ πολλῶν τοῖς πολλοῖς ἱστορούμενα διδάσκει τὸν χρόνον τοῦ κρατοῦντος, ἐπεὶ καὶ πᾶσα χρονικὴ ψῆφος ἢ ἐκ τῶν πάλαι γενεαρχῶν ἢ ἐκ τῶν ἔπειτα βασιλέων ἐπισήμων λαμβάνεται,*

2. ἔτη] ἔτος AB. 5. *κατὰ Σολομῶνα — Δαβὶδ* om. B. 7. ὁ om. G. 9. ὁμοφώνως m. 10. δὲ om. G. 11. *οὕτως*] Cap. 3. 15. *ἀβιλινῆς* AB. 19. *πῶς*] ὡς G.

ANNI MUNDI 5520.

Divinae Incarnationis an. 20.

Domini et dei et salvatoris nostri Iesu Christi secundum carnem ortum evangelistae soli duo, Matthaeus quidem regio genere ex David per Salomonem, Lucas vero sacerdotali ex David per Nathan filium eius traducto natum fecerunt; quae vero aeterna et supra temporis mensuram ex patre nativitas a solo Ioanne tonitrui filio divino stilo conscripta est. Ac baptismi quidem historiam quatuor omnes exposuerunt et commode; verum ex illis tres, sine temporis nota vel charactere, divinus autem Lucas etiam tempus diligenter annotavit, hoc pacto dicens: „anno decimo quinto imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudaeos, tetrarcha Galilaeae Herode, Philippo eius fratre tetrarcha Itureae et Trachonitidis regionis, Lysania vero Abylinae tetrarcha, sub pontificibus Anna et Caipha; factum est verbum domini super Ioannem Zachariae filium in deserto. Et venit in omnem regionem circa Iordanem praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum." Eruditissimi evangelistae contracto sermone res a plerisque fusius expositas, principum videlicet singulorum tempus enarrantis miranda brevitas; ratio quippe temporum omnis aut ex antiquis familiarum auctoribus aut ex clarissimis deinceps regibus petitur.

τὸν ἡγεμόνα τῆς Ἰουδαίας Πιλᾶτον, Ἡρώδην καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, μετὰ τῆς ἑκάστου τοπικῆς ἀρχῆς, τοὺς ἀρχιερατεύοντας Ἄνναν καὶ Καϊάφαν. ἐπειδὴ δὲ πάντων ἔσχατον ἦν καὶ πρῶτον εἰπεῖν κατὰ ποῖον ἔτος τῆς δεσποτικῆς ἡλικίας ἦν, τὸ ιεʹ ἔτος Τι- P. 320 *βερίου φράσας, πρότερον τὸν βαπτιστὴν καὶ τὸ εἶδος τοῦ βαπτίσματος, ὅσον ὑπόβαθρον τοῦ κατὰ Χριστὸν βαπτίσματος, ὥσπερ τινὰ στέφανον εἰσάγει, τὸν αὐτὸν χρόνον προσθεὶς καὶ τὴν κατὰ Νάθαν ἀπὸ Δαβὶδ γενεαλογίαν ἄλλῃ τάξει χρώμενος ἥ φησι.*

Τὰ ὑπόλοιπα τοῦ μονάρχου Καίσαρος Τιβερίου.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφκʹ.

Τιβέριος Δροῦσον τῆς ἀρχῆς κοινωνὸν προσλαβόμενος μετὰ B *μικρὸν ὡς φαρμακὸν ἀνεῖλε.*

Τὸ Πομπηίου θέατρον ἐπρήσθη.

Τιβέριος Πόντιον Πιλᾶτον ἡγεμόνα τῆς Ἰουδαίας ἐξέπεμψε.

Φίλιππος τετράρχης Πανειάδα ἀνακτίσας Καισάρειαν Φιλίπ- V. 255 *που προσωνόμασεν.*

Ὁ αὐτὸς πόλιν Ἰουλιάδα ἔκτισεν.

Ἡρώδης ἔκτισε Τιβεριάδα εἰς ὄνομα Τιβερίου Καίσαρος. ὁ αὐτὸς Λιβιάδα.

1. *τὸν ἡγεμόνα*] *διὸ καὶ ἐπισημαίνει τὸν ἡγεμόνα* m. 4. *κατὰ*] *καὶ* G. 8. *ἢ* B. *ἡ* A. *ὡς* G. 10. *τοῦ κόσμου* AB. 11. *μετὰ* B. *κατὰ* G. 13. *Τὸ* om. G. 15. *παναιᾶδα* B. *ἀνακτήσας* G. 17. *πόλιν* B. *πόλεις* G. 17. *Ἰουλιάδα*] Legebatur *Ἰούδα*. Correxi ex Eusebio p. 369. 19. *Λιβιάδα*] Vulgo *Λιβάδα*. *Liviadem* Eusebius.

Quare praesidem Iudaeae Pilatum, Herodem eiusque fratres designato singulorum principatus loco, pontificum denique munere functos Annam et Caipham observat. Quoniam vero quod in dicendo primum erat, dominicae nimirum aetatis annus quis numerandus, postremo retulit loco; sane praemisso Tiberii anno 15 baptistae quoque mentione prius habita baptismi eius speciem velut alterius a Christo instituti baptismi fundamentum contemplatus, ac si coronidem quandam imponeret, ipsum Chriti tempus, unaque generis eius a David per Nathan seriem alio ordine, ut inquit, usus subiungit.

Reliqua Tiberii Caesaris monarchae gesta.

ANNI MUNDI 5520.

Tiberius Drusum in imperii societatem adscitum, brevi spatio quasi veneficiis addictum, interfecit.

Pompeii theatrum igne consumptum.

Pontium Pilatum Iudaeae praesidem Tiberius abdicavit.

Philippus tetrarcha Paneadem a se reparatam Caesaream Philippi vocavit.

Alias Iudaeae urbes condidit.

Herodes Tiberiadem in Tiberii Caesaris honorem construxit.

Idem Iuliadem aedificavit.

Τὰ ὑπόλοιπα Ἡρώδου υἱοῦ Ἡρώδου.

C ### ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφλβ'.

Τῆς σαρκώσεως ἔτη λβ'.

Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν καὶ πρόδρομον βαπτίζοντα ἐν τῷ ὕδατι εἰς μετάνοιαν καὶ τῷ ἐν πνεύματι βαπτίσματι προοδοποιοῦντα τὸ τοῦ κατὰ Χριστὸν εὐαγγελίου κήρυγμα παρὰ πάντων τε ὡς προφήτην τιμώμενον φοβούμενος Ἡρώδης ἀνεῖλεν οὕτως, ὡς Ἰώσηππός φησιν, ὡς δὲ ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς ἀκριβέστερόν φησι καὶ ὡς ἐλέγχοντα αὐτὸν ἐπὶ μοιχείᾳ τῆς γυναικὸς Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἡρωδιάδος.

ΚΟΣΜΟΥ ΕΤΗ ͵εφλγ'.

D Τῆς θείας σαρκώσεως ἔτη λγ'.

Ἐν τούτῳ τῷ ͵εφλγ' ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ὅπερ τῆς κατὰ σάρκα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡλικίας λγ' ὑπῆρχε, τῆς δὲ ια' περιόδου τῶν φλβ' κυκλικῶν ἐτῶν σιγ', κατὰ τὸ ιθ' ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, ὁ κύριος ἡμῶν καὶ θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ φύσει μονογενὴς, ὁ ὁμοούσιος τοῦ ἀγεννήτου πατρὸς, υἱὸς προαιώνιος καὶ συναΐδιος τῷ ὁμοουσίῳ πνεύματι, ὁ εἷς τῆς ἀκτίστου καὶ παντουργοῦ τριάδος, μετὰ τὴν ἐκ παρθένου θεοπρεπῆ καὶ ἀπόρρητον γέννησιν, καὶ τὸ ὑπὸ Ἰωάννου ἐν Ἰορδάνῃ βάπτισμα καὶ

4. ἐν τῷ] ἐν om. G. 6. τοῦ addidi ex B. 7. ὡς] ὁ G. 8. φησιν, ὡς δὲ — ἀκριβέστερον addidi ex B. 9. μοιχίᾳ B. 12. ἔτος AB. ἔτει G. 13. κατὰ σάρκα om. G. 15. τοῦ Τιβερίου G.

Herodis alterius Herodis filii residua gesta.

ANNI MUNDI 5532.

Divinae Incarnationis an. 32.

Ioannem baptistam et praecursorem poenitentiae baptismum aqua perficientem et spirituali baptismo evangelii Christi praedicationi viam sternentem, velut prophetam ab omnibus habitum Herodes veritus e medio sustulit; ita refert Iosephus, quod adulterii in Herodiadem Philippi fratris uxorem admissi eum argueret.

ANNI MUMDI 5533.

Divinae Incarnationis an. 33.

Praesenti a mundi conditu anno 5533, qui salvatoris aetatis 33 exstat, circularium annorum 532, periodi 11, anno 213, Tiberii Caesaris 19, dominus noster et deus Christus Iesus, qui natura unigenitus et unius cum ingenito patre naturae, filius ante saecula, et spiritui eiusdem cum eo substantiae coaeternus, increatae et omnium opificis trinitatis una persona, post arcanum et deo congruum ex virgine ortum et baptismum in Iorda-

τὰς ἀπείρους θεοσημείας καὶ διδασκαλίας καὶ ἀποκαλύψεις τῶν P. 321 μυστηρίων τῆς οὐρανίου βασιλείας αὐτοῦ, πᾶσαν πληρώσας οἰκονομίαν, ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος προήει ἑκουσίως κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ θείας προρρήσεις, καὶ πάσχει δι' ἡμᾶς ὅσα περὶ αὐτοῦ φρικτὰ καὶ ἀπορρήτου συγκαταβάσεως γέμοντα τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελισταῖς ἐπιτόμως ἱστόρηται, καὶ σταυροῦται ὁ ἀναμάρτητος τῇ κζ' τοῦ Φαμενὼθ μηνὸς ἡμέρᾳ παρασκευῇ ἤτοι ϛ' σαββάτου, Μαρτίου κγ', ὥρᾳ ἡμερινῇ ϛ', ἐν ὑπατείᾳ Νέρωνος τὸ τρίτον καὶ Βαλερίου Μενσάλα. καὶ ταφεὶς ἀνίσταται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, Φαμενὼθ κθ' ἤτοι Μαρτίου κε', ἐπιφωσκούσης κυριακῆς μιᾶς σαββάτων, πρωῒ καλάνδων Ἀπριλλίων, α' τοῦ πρωτοκτίστου μηνὸς Νισὰν παρ' Ἑβραίοις καὶ Χριστιανοῖς, περὶ ἧς εἴρηται· B ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. καὶ πάλιν· αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, ᾗ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεός, περὶ ἧς καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαβὶδ τὴν κοσμικὴν προανακρουόμενος σωτηρίαν μεμελῴδηκεν· αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ· περὶ ταύτης καὶ ἡμῖν ὁ πᾶς τοῦδε τοῦ γράμματος πόνος καταβέβληται, δεῖξαι τὴν αὐτὴν καὶ μίαν πρωτόκτιστον ἡμέραν σύστοιχον τῇ τοῦ θείου εὐαγγελισμοῦ καὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἐξ ἁγίας παρθένου συλλήψεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἡμέρᾳ, καὶ τῇ τῆς ζωοποιοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως θεοειδεστέρᾳ καὶ ὁλοφώτῳ τοῖς ἀξίοις C

3. προΐη B. 4. ἡμᾶς] ἡμῶν G. 6. ἱστορεῖται G. ἀνμάρτητος B. 9. βαλερουσαμενσαλᾶ A. βαλερουσαμενσάλα B. Βαλλερουσαμενσαλᾶ G. Οὐαλερίου Μεσσάλα m. 11. σαββάτων] ὀκτὼ add. m. ἀπρηλίων B. 12. νισσᾶν A. νησσὰν B. Νισσὰν G.

nis fluento ab Ioanne susceptum, et innumera divina signa, documenta et regni eius caelestis mysteria revelata, adimpleto dispensationis cursu, iuxta vaticinia de eo divinitus pronunciata ad passionem salutis conciliatricem sponte processit et quae de eo horroris et arcanae pietatis plena sacris evangelii scriptoribus compendio sunt enarrata pro nobis patitur; nullique crimini obnoxius mensis Phamenoth die 27 Parasceues die, id est Sabbati 6, Martii 23, hora meridiei 6, Nerone tertium et Valerio Messala coss. crucifigitur; subinde sepultus tertio die resurgit Phamenoth 29, id est Martii 25 dominico, qui Sabbati primus est, illuscescente, octavo Calendas Apriles, Nisan iuxta Hebraeos pariter ac Christianos mensis, primo conditi die primo. De die illo scriptum est: „in principio fecit deus caelum et terram." Et rursum: „iste est liber generationis caeli et terrae, in die quo creavit illa deus;" de quo deiparens David in humanae salutis praeludium cecinit: „hic dies quem fecit dominus, exsultemus et laetemur in eo." In quem eundem operis istius labor omnis collimat, eo nimirum consilio, ut eum primum ac primo conditum diem alteri, qui annunciationis et ex sacra virgine supra naturam conceptus unigeniti filii dei est et alii denuo diviniori certe et ex omni parte lucido in spiritu et veritate illum celebrare dignis, vivificae, inquam, a mortuis resurrectionis diei ex aequo

ἑορτάζειν αὐτὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. αὕτη Χριστιανοῖς ὀρ-
θοδόξοις πρῶτον πάσχα καλῶς ἐχρημάτισεν, οὐκ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ
καὶ φυγῇ τοῦ κατ᾽ Αἴγυπτον αἰσθητοῦ Φαραὼ καὶ τῶν αὐτοῦ
V. 256 πικρῶν ἐργοδιωκτῶν, ἀλλ᾽ ἐν καταλήψει τῆς νοητῆς Αἰγύπτου
τῆς κακίας καὶ ἀγνοίας καὶ τοῦ ταύτης ἀρχηγοῦ διαβόλου, ὑπὲρ
τοὺς τύπους καὶ τὴν νομικὴν σκιὰν αὐτῷ τῷ ἀληθινῷ ἀμνῷ τοῦ
θεοῦ τῷ αἴροντι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου κατατρυφῶσιν ἔργῳ
καὶ λόγῳ. τῷ γὰρ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς καὶ τῇ
αὐτοῦ χάριτι καὶ ἀπολυτρώσει πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐπει-
γομένοις διὰ σταυροῦ τῶν τῇδε παθῶν ἑκουσίου καὶ ταφῆς καὶ
D ἀναστάσεως, ἤτοι ταπεινώσεως μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ
σταυροῦ, δι᾽ ἧς ὁ πάσης δυνάμεως καὶ ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας δη-
μιουργὸς, εὐδοκίᾳ τοῦ ἀγεννήτου πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου
καὶ ὁμοουσίου πνεύματος, πατήσας τὸν ἀδρανῆ ὑπερήφανον τύ-
ραννον ἐν τῇ τυραννουμένῃ ταπεινῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων διὰ
βασκανίαν τὴν παρ᾽ αὐτοῦ ἐξανέστησεν, οὐ μόνον τοῖς ἐξ Ἀδὰμ
ἐν Ἅιδῃ φρουρουμένοις πνεύμασι χαρισάμενος ἄφεσιν, ἀλλὰ
καὶ τοῖς ἐν σαρκὶ ζῶσι καὶ πιστεύσασιν αὐτῷ, ὡς ἐκ τῶν ἱερῶν
εὐαγγελίων ἐστὶ καταμαθεῖν· χαίρετε γὰρ, ταῖς γυναιξὶ πρώτῃ
φωνῇ, δι᾽ ὧν ἅπασα λύπη τῷ γένει εἰσέφρησεν, προσεφθέγξατο,
P. 322 καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς, εἰρήνη ὑμῖν, ὁ πάσης εἰρήνης καὶ φι-
λοθέου στοργῆς αἴτιος, οὐ μόνον ταῖς λογικαῖς φύσεσιν, ἀλλὰ καὶ

7. τῷ αἴροντι] τοῦ αἴροντος G. 8. τῷ B. τὸ G. 9. ἐπειγομένοις] ὑφηγεῖται addit m. 13. εὐδοκίᾳ B. εὐγενείᾳ G. ἁγίου καὶ om. G. 14. καὶ ὑπερήφανον G. 16. αὐτοῦ] πατουμένην φύσιν addit m. 22. ἀλλὰ καὶ B. ἀλλὰ A. ἀλλ᾽ G.

respondere demonstremus. Christianis recta fide illustratis, qui non in fermento veteri, nec post Aegyptiaci Pharaonis oculis conspicui crudeliumque operis praefectorum fugam, sed deserta nequitiae et ignorantiae intellectuali Aegypto, nec non eius principe diabolo supra legalis umbrae figuras, ipsi vero dei agno peccatum mundi tollenti sermone et factis collaetantur, dies hic idem pascha primum nuncupatus est. Pascha enim nostrum pro nobis immolatus est Christus, et ad supernam Hierusalem eius gratia et redemptionis pretio contendentibus dux praebitus est, per crucem nimirum et labores hic sponte toleratos, per sepulturam et resurrectionem; hoc est per abiectionem usque ad mortem, mortem autem crucis, per quam virtutis omnis et principatus et potestatis opifex, ingeniti patris virtute et spiritus eiusdem naturae consortis ope, in oppressa depressaque hominum natura tyranno vere infirmo debellato naturam eandem fascinis eius delusam reparavit, nec modo spiritibus ex Adam genitis, et in inferno detentis, sed et in carne vivis et in eum credentibus, prout a sacris evangelistis edocemur, remissionem largitus est; gaudete namque mulieribus, per quas pernicies omnis in humanum genus illapsa est, et sacris discipulis, pax vobis, pacis omnis et sanctae iuxta deum dilectionis auctor annunciavit et

οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ στοιχείοις καὶ πάσῃ κτίσει συντάξας τὸ εἶναι τῇ σχετικῇ ἀλληλουχίᾳ. ὁ δ' αὐτὸς θεὸς καὶ κύριος ἡμῶν ἐπὶ τεσσαράκοντα τὰς ὅλας ἡμέρας ὀπτανόμενος καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν οὐ διέλειψε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἡνίκα καὶ ἐπ' ὄψεσιν αὐτῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῶν ἐλαιῶν, τῇ αὐτῇ τεσσαρακοστῇ μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν ἡμέρᾳ έ μὲν οὔσῃ τῆς ἑβδομάδος, τρίτῃ δὲ τῇ κατὰ Ῥωμαίους Μαΐου μηνός. ἔστιν οὖν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ͵εφλδʹ ἔτος τοῦ κόσμου, καὶ τοῦτο πρῶτον ἄγον ἡμέραν ἔτος κυριακὴν, τὸ πρῶτον κυριακὸν πάσχα Μαρτίου μηνὸς κέ κατὰ Ῥωμαίους, B κατὰ δὲ Αἰγυπτίους Φαμενὼθ κθʹ, κατὰ δὲ τὰς θεοπνεύστους παλαιὰς καὶ νέας γραφὰς Νισὰν πρῶτος πρωτόκτιστος ἡμέρα τοῦ πρωτοκτίστου μηνὸς ὑπάρχουσα, καθ' ἣν ἡ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις ἀρξαμένη, πάντας εἰς ζωὴν ἐκ θανάτου μετήγαγε τοὺς ὀρθῶς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας.

Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν κατὰ τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὴν ζωοποιὸν ἀνάστασιν. C

Τὸ δὲ καθ' ἕκαστον τῶν πράξεων αὐτοῦ καὶ θεραπειῶν σωμάτων καὶ ψυχῶν καὶ τῶν τῆς γνώσεως ἀποκρύφων, ἀναστάσεώς τε τῆς ἐκ νεκρῶν αὐταρκεστάτοις πρὸ ἡμῶν μαθηταῖς τε καὶ ἀποστόλοις αὐτοῦ δεδήλωται. καθ' ὅλου τοῦ κόσμου σκό-

5. καὶ om. G. ἐπόψεσιν AB. 6. ἀναστάσιν B. ἀναστάσιμον G. 7. έ B. πέμπτῃ G. τῇ om. G. 11. κατὰ δὲ m. κδʹ κατὰ δὲ G. 12. νισσᾶν A. νησσὰν B. Νισσὰν G. 13. ἡ om. G. 18. θεραπιῶν B. 20. αὐταρκεστάτως Scaliger p. 77.

non naturis duntaxat ratione praeditis, sed caelo quoque et terrae et elementis et creaturis omnibus mutua ad invicem cohaerentia durationem et salutem largitur. Idem vero deus et dominus noster diebus integris quadraginta discipulis visus, et de regno dei frequenter eos alloquutus, nusquam eis defuit, donec sub eorum conspectu in sacro olivarum monte die a resurrectione quadragesimo, qui hebdomadis fuit 5, Martii vero 3, in caelum assumptus est. Ut summatim itaque perstringam, annus hic est ab orbe condito 5534 a dominico etiam die cursum iniens, dominicum, inquam, primum pascha; dies quoque mensis apud Romanos Martii 25, Phamenoth Aegyptiorum 29, et iuxta caelitus inspiratas novi veterisque testamenti scripturas Nisan mensis primo conditi primus et primo conditus, qui nova exoriente creatura omnes in deum recte credentes e morte in vitam asseruit.

Ex Africano de iis, quae in salutari Christi passione et vivifica resurrectione contigerunt.

Gesta sane illius singula, corporum animarumque curationes, praedicationis resurrectionisque a mortuis recondita quaeque secreta discipulis apostolisque illius nobis antiquioribus satis innotuere. Horribiles tenebrae

τος ἐπήγετο φοβερώτατον, σεισμῷ τε αἱ πέτραι διερρήγνυντο
καὶ τὰ πολλὰ Ἰουδαίας καὶ τῆς λοιπῆς γῆς κατερρίφθη. τοῦτο
τὸ σκότος ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου Θάλλος ἀποκαλεῖ ἐν τρίτῃ τῶν ἱστο-
ριῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀλόγως. Ἑβραῖοι γὰρ ἄγουσι τὸ πάσχα
κατὰ σελήνην ιδʹ, πρὸ δὲ μιᾶς τοῦ πάσχα τὰ περὶ τὸν σωτῆρα
D συμβαίνει. ἔκλειψις δὲ ἡλίου σελήνης ὑπελθούσης τὸν ἥλιον γί-
νεται· ἀδύνατον δὲ ἐν ἄλλῳ χρόνῳ, πλὴν ἐν τῷ μεταξὺ μιᾶς
καὶ τῆς πρὸ αὐτῆς κατὰ τὴν σύνοδον αὐτὴν ἀποβῆναι. πῶς οὖν
ἔκλειψις νομισθείη κατὰ διάμετρον σχεδὸν ὑπαρχούσης τῆς σε-
V. 257 λήνης ἡλίῳ; ἔστω δή, συναρπαζέτω τοὺς πολλοὺς τὸ γεγενημέ-
νον καὶ τὸ κοσμικὸν τέρας ἡλίου ἔκλειψις ὑπονοείσθω ἐν τῇ κατὰ
τὴν ὄψιν. Φλέγων ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐν πανσελήνῳ
ἔκλειψιν ἡλίου γεγονέναι τελείαν ἀπὸ ὥρας ἕκτης μέχρις ἐνάτης,
δηλῶν ὡς ταύτην. τίς δ' ἡ κοινωνία σεισμῷ καὶ ἐκλείψει, πέ-
P. 323 τραις ῥηγνυμέναις καὶ ἀναστάσει νεκρῶν τοσαύτῃ τε κινήσει κο-
σμικῇ; ἐν γοῦν τῷ μακρῷ χρόνῳ τοιοῦτόν τι συμβὰν οὐ μνη-
μονεύεται, ἀλλ' ἦν σκότος θεοποίητον, διότι τὸν κύριον συνέβη
παθεῖν, καὶ λόγος αἱρεῖ ὅτι ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες εἰς τοῦτον
συναιροῦνται τὸν χρόνον ἐν τῷ Δανιήλ. καὶ μεθ' ἕτερα· ἀπὸ δὲ
Ἀρταξέρξου αἱ οʹ ἑβδομάδες εἰς τὸν ἐπὶ Χριστοῦ συντελοῦνται

1. Vulgo ἐπείγετο. Scaliger ἐπεγένετο. τε B. δὲ G. 2. τῆς Ἰουδαίας G. κατερρίφθη B. κατερρίφη G. 11. ἐν τῇ B. ἕν τι G. 13. τελεία A. 14. δηλῶν] δῆλον G et Scaliger p. 77. 15. τοσαύτη B. κίνησις κοσμική AB. 20. αἱ οʹ B. ἑβδομήκοντα G.

orbi universo incubuere; petrae terrae motu discissae, pluraque per Iudaeam et regiones reliquas aedes in solum deiectae sunt. Tenebras huiusmodi solis defectum vocat Thallus historiarum libro tertio, et me quidem iudice, nullo fundamento. Hebraei quippe luna 14 pascha celebrant; at certe paschalem solemnitatem die praeeunte, quae passionem spectant a salvatore tolerata fuere; solis vero defectus nonnisi luna solem subeunte cernitur. Verum cum non alio temporis momento praeterquam eo quod lunae veteris diem ultimum et renovandae primum contingit, in ipso nimirum utriusque sideris congressu eclipsin ingruere observemus, qua ratione censebitur eclipsis sole oppositam lunae caeli partem tenente? Esto tamen, rapiat post se quos volet et inter alia toti orbi manifesta unum hoc solis deficientis ex oculorum iudicio portentum numeretur; sane luna toto orbe radiante ab hora diei 6 ad 9 usque integram solis eclipsin Tiberio Caesare imperante contigisse narrat Phlegon; eam utique de qua nobis sermo. Verum enim vero quae tanta est cum terrae motu et eclipsi diruptis saxis et resurrectioni mortuorum tantaeque creaturarum omnium perturbationi societas? Certe longa retro annorum serie simile quid nulla reperimus accidisse memoria. Erunt itaque novum dei opus illae tenebrae ipso mundi domino patiente exortae. Septuaginta vero hebdomades a Daniele memoratas hoc tempore complendas et terminum attigisse ratio convincit. Et quibusdam interiectis: ab Artaxerxis autem imperio ad aetatem usque Christi ex He-

χρόνον κατὰ τοὺς Ἰουδαίων ἀριθμούς. ἀπὸ γὰρ Νεεμίου, ὃς ὑπ' Ἀρταξέρξου τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνοικίσων ἐπέμφθη, ἐπὶ τὸ ιε' καὶ ρ' τῆς Περσῶν βασιλείας, αὐτοῦ δ' Ἀρταξέρξου κ' ἔτει, ὀλυμπιάδος πγ' ἔτει δ'. ἐπὶ τούτων τῶν χρόνων, ὅς ἦν ὀλυμπιάδος B σβ' ἔτος δεύτερον, Τιβερίου δὲ Καίσαρος ἡγεμονίας ἔτος ις', ἔτη συνάγεται υοε', ἅπερ Ἑβραϊκὰ υϟ' ἔτη γίνεται κατὰ τὸν σεληνιαῖον μῆνα τοὺς ἐνιαυτοὺς ἐκείνων ἐξαριθμουμένων, ὡς ἔστι πρόχειρον εἰπεῖν ἡμερῶν κθ' καὶ ἡμισείας, τοῦ κυκλικοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦ καθ' ἥλιον ὑπάρχοντος ἡμερῶν τξε' δ', τὴν κατὰ σελήνην δωδεκάμηνον παραλλάσσειν ἡμέρας ια' καὶ δ'. διὰ τοῦτο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἰουδαῖοι τρεῖς μῆνας ἐμβολίμους ἔτεσιν η' παρεμβάλλουσιν. ὀκτάκις γὰρ τὰ ια' καὶ τέταρτον ποιεῖ τρίμηνον. τὰ τοίνυν υοε' ἔτη ὀκταετίαι μὲν γίνονται νθ' καὶ μῆνες τρεῖς, ὡς τριμήνου ἐμβολίμου τῇ ὀκταετίᾳ γινομένης, ἔτη συνάγεται ιε', C ταῦτά τε πρὸς τοῖς υοε' ἔτεσιν ο' ἑβδομάδες. μὴ δή τις ἡμᾶς τῶν κατ' ἀστρονομίαν ἀριθμῶν ἀπείρους εἶναι νομιζέτω, τξε' ἡμερῶν καὶ τετάρτου μορίου προτεταχέναι αὐτήν. οὐδὲ γὰρ ἀγνοίᾳ τἀληθοῦς, διὰ δὲ τὴν λεπτολογίαν τὸ ψηφιζόμενον συνετέμομεν. τοῖς δὲ ἐπ' ἀκριβὲς πάντα πειρωμένοις ἐξετάζειν καὶ τοῦθ' ὡς ἐν βραχεῖ παρακείσθω. τὸ μὲν ἔτος ἐπίπαν ἕκαστόν

2. ἀνοικήσω (sic) B. ἐνοικήσων A. οἰκήσων G. ιε' καὶ ρ'] εἰκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν G. 3. κ' ἔτει] κ' ἔτη A. 5. σβ' Scaliger p. 77. Vulgo οβ'. Τιβερίου δὲ Scaliger. Vulgo δὲ Τιβερίου. 9. τὴν om. G. 10. παραλλάσσοντος Scaliger. 14. γινομένης] προσγινομένου m. 16. τῶν om. G. 20. ἐν om. G. βραχεῖ B. γραφῇ G. παρακείσθω B et codex Barberin. ap. Goarum. παραθέσθαι G. ἐπὶ πᾶν Barber.

braeorum computo septuaginta numerantur hebdomades. A Neemia quippe qui sub Artaxerxe Hierusalem suis incolis instauraturus circa imperii Persarum annum vicesimum supra centesimum ipsius videlicet Artaxerxis 20 et ab Olympiadis 83 anno 4 ad hoc usque tempus et Olympiadis 202 annum 2, Tiberii vero Caesaris annum 16, alii anni 475 putantur; qui Hebraeorum annis 490, illis nimirum annos lunaribus mensibus dierum 29 cum medio conflatos, quod demonstrare facile est, recensentibus, coaequantur; solaris quippe anni periodus diebus 365 cum quadrantis appendice conficitur; lunaris autem mensibus licet 12 composita diebus 11 et quadrante variare deprehenditur; quae causa est ut menses tres insititios annis octo evolutis Graeci Iudaeique interponant; octo siquidem per undecim cum quadrante ducta spatium trimestre componunt. Anni itaque 475 per octennia 59 et menses tres dividuntur; ex trimestribus itaque unicuique octoeteridi intercalatis anni quindecim colliguntur, quos si annis 475 addideris, dubio procul hebdomades 72 colliges. Nemo itaque nos ceu praeceptis astronomiae parum imbutos arguat, qui annum diebus 365 et quadrante componi iam statuimus; non ex veritatis quippe inscitia, quin immo exquisitas potius astronomiae minutias sectati relatam summam in hunc modum subduximus; accuratiorem vero omnium notitiam consequi cupidis, quod sequitur etiam tanquam in tabula repraesentetur. Annorum unusquisque dierum omnino 365

ἐστιν ἡμερῶν τξε' καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς ἐννεακαιδέκατον διαιρεθείσης μέρη τούτων τὰ ε'. μεταξὺ δὲ τοῦ λέγειν τὸν ἐνιαυτὸν ἡμερῶν τξε' καὶ τετραμορίου καὶ τῶν ἀπὸ ιθ' τῆς νυχθημέρου μερῶν ε' εἰς τὰ νοε' ** ἡμέραι τὸ παράλληλόν εἰσιν ς' καὶ D τετραμόριον. ἔτι γε μὴν τὸν τῆς σελήνης μῆνα κατὰ τὴν ἀκριβῆ λεπτολογίαν εὑρίσκομεν κθ' καὶ ἡμισείας ἡμέρας καὶ νυκτὸς διαιρεθείσης εἰς μέρη σε'. τούτων τὰ ο' καὶ ἥμισυ ἃ γίνεται ἐνενηκοστοτέταρτα τρία. καὶ ταῦτα περὶ ὀλίγων χρόνων καταγίνεται. συμβαίνει δὲ τῶν ἀπὸ Ἀρταξέρξου βασιλείας ἔτους κ', ὡς ἐν τῷ Ἔσδρᾳ παρ' Ἑβραίοις, ὅπερ καθ' Ἕλληνας ἦν ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς τέταρτον ἔτος, μέχρις ἕκτου καὶ δεκάτου Τιβερίου Καίσαρος, ὅπερ ἦν ὀλυμπιάδος σβ' ἔτος δεύτερον, ἐπισυνάγεσθαι P. 324 τὰ προειρημένα νοε', ἃ γίνεται καθ' Ἑβραίους ἔτη υϟ', ὡς προείρηται, τοῦτ' ἔστιν ἑβδομάδες ο', καθὰ προεφητεύθη τῷ Δανιὴλ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ ἡ Χριστοῦ παρουσία. εἰ δέ τῳ δοκεῖ τὰ ιε' ἔτη τὰ Ἑβραϊκὰ πλάνην ἐγγεννᾶν μετ' ἐκεῖνα εἰς ἡμᾶς ἔτη ι' ἐγγὺς, καὶ οὐδὲν ἐν μέσῳ παράδοξον ἱστόρηται. δύναται δὲ καὶ V. 258 ἡ μία καὶ ἡμίσεια ἑβδομὰς, ἣν ἐπὶ συντελείᾳ παραλαμβάνεσθαι δεῖν ὑπονοοῦμεν, παρηγορεῖν τὸν ἐπιζητούμενον τῶν ιε' ἐτῶν καὶ

1. εἰς] καὶ εἰς B. 2. ε'] πέντε G. πάντα Barber. 4. Lacunam indicavit Scaliger. 7. Post ἥμισυ G lacunam indicavit. 7. ἐνενηκοστῷ τέταρτα A. ἐνενηκοστὰ τέταρτα Scaliger. 8. περὶ ὀλίγον χρόνον G. παρ' ὀλίγον χρόνον Scaliger. 10. Vulgo ὀγδοηκοστῷ τετάρτῳ. Correxit Scaliger. 16. ἐγγεννᾶν B. ἐγεννᾶν G. ι'] „διακόσια Barber." GOAR. σ' B. 19. τὸν B. τὸ G.

numerum intercipit; diei vero et noctis spatio per decemnovennale distributo quinariam eius partem dividentem esse percipimus. Interim vero cum annum diebus 365 et quadrante componi, et ex decemnovennalis quotientis partibus quinque . . . . post annos 475 dies sex cum quadrante ex aequo respondentes emergunt. Insuper vero mensem lunarem dies 29 et medium ad numerandi exquisitiorem peritiam includere reperimus; dieique ac noctis intervallo in partes 215 distributo harum 71 cum media . . . . quae nonagesima quarta tria conficiunt habemus. Et haec brevi temporis spatio colliguntur. Ab Artaxerxis autem imperii anno vigesimo (cuius Esdras Hebraeis laudatus auctor testis est) qui Graecanicae Olympiadis 84 quartus fuit, ad Tiberii Caesaris annum decimum sextum, qui Olympiadis 202 anno 4 aequalis est; annos Iulianos 475 supra memoratos, qui Hebraeos 490 iuxta praemissa, componunt, numerantur, id est hebdomades 70, post quas Christi adventus a Gabriele Danieli praenunciatus est. Hebraici vero anni quindecim aliis adiecti annorum saltem 10 errorem licet non nemini videantur invehere; certe dubium hoc in medium nihil absurdi proferre indubius sum. At quam commode hebdomas una et altera media (quam ad numeri complementum assumendam coniicimus) de annis 15 quaestioni factae medeatur, et terminum reddat breviorem, uno

κουφίζειν χρόνον, ὅτι τε συμβολικώτερον αἱ προφητεῖαι ἐξενηνεγμέναι τυγχάνουσι δῆλον. ὁπόσον δὲ ἐφ' ἡμῖν, ὀρθῶς οἶμαι τὴν γραφὴν ἐδεξάμεθα, ἐπεὶ καὶ συναιρεῖσθαί πως ἡγουμένη τῆς ὀπτασίας περικοπὴ δοκεῖ, ἧς ἡ ἀρχή· ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ· ἔνθα περὶ τῆς καθαιρέσεως τῆς Περσῶν ἀρχῆς ὑφ' B Ἑλλήνων προδηλοῖ, ἣν διὰ τοῦ κριοῦ καὶ τοῦ τράγου προδηλοῖ, ἡ θυσία, φησὶν, ἡ ἀρθεῖσα καὶ τὰ ἅγια ἐρημωθήσεται εἰς καταπάτημα, ἅπερ εἰς ͵βτ' ἡμέρας περιγραφήσεται. εἰ γὰρ εἰς μῆνα τὴν ἡμέραν λογισαίμεθα, ὡς ἀλλαχοῦ κατὰ προφητείαν εἰς ἐνιαυτοὺς αἱ ἡμέραι παραλαμβάνονται, καὶ ἄλλως ἀλλαχόθι, ἀναλύσαντες ὁμοίως τοῖς πρὸ τούτου εἰς μῆνας τοὺς Ἑβραϊκοὺς, εὕροιμεν ἂν κ' τῆς Ἀρταξέρξου βασιλείας ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλὴμ συντελούμενον τὸν χρόνον. ἔτη γὰρ συνάγονται ρπε' καὶ ἐνιαυτὸς εἷς, ἐν ᾧ τὴν πόλιν ἐτείχισεν ὁ Νεεμίας. τοὺς οὖν ρπς' ἐνιουτοὺς μῆνας εὑρίσκομεν ͵βτ' Ἑβραϊκοὺς, τῆς ὀκταετίας C ἀκολούθως τοὺς πρὸς τούτοις ἐμβολίμους τρεῖς μῆνας προσλαμβανούσης. ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου, ὅθεν ὁ λόγος ἐξῆλθεν, οἰκοδομηθῆναι Ἱερουσαλὴμ ο' ἑβδομάδες συντελοῦνται. ἰδίᾳ δὲ περὶ τούτων καὶ ἀκριβέστερον ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδων καὶ τῆσδε τῆς προφητείας ἀπεδείξαμεν. θαυμάζω δὲ Ἰουδαίων μὲν μήπω φασκόντων ἐληλυθέναι τὸν κύριον, τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος δὲ ἀπὸ τῶν

1. χρόνον] „χρόνους P." GOAR. 4. ἡ ἀρχή] Daniel. cap. 8. 5. ὑφ' B. ἐφ' G. 6. κριοῦ Scaliger. Vulgo κυρίου. 8. περιγράφεται B. 10. ἄλλως Scaliger p. 78. Vulgo ἄλλος. 12. εὕροιμεν Scaliger. εὕρομεν vulgo. εὕρωμεν B. 14. ᾧ τὴν Scaliger. ᾧ εἰς τὴν G. 16. τοὺς] τοῖς A. 21. τῶν B. om.

verbo consummationem abbreviet, quod prophetiae symbolis involutae proferri soleant, omnino manifestum puto. Sane quantum Minerva dedit, scripturam recte me percepisse arbitror; quandoquidem ipsum de visione dictum praecedens calculos omnes in summam redigere videtur, cuius verbis primis ait. In anno tertio regni Baltasar: „quibus de regni Persarum, Graecorum armis excidio (quorum regnum utrumque arietis et hirci figura designat) vaticinatur;" sacrificium, „inquit," tolletur, et sancta in conculcationem deserta fient, quae diebus 2300 circumscribentur. „Die namque in mensem a nobis reputato, prout prophetarum locis aliis dies annorum vice et iterum alibi diversa ab his ratione sumuntur, diebus pariter superius memoratis in menses redactis, a capta Hierusalem ad Artaxerxis annum vigesimum summam omnem consummatam observavimus. Anni siquidem colliguntur 185, quibus alter, quo Neemias urbi murum circumposuit, addendus. Hebraicos itaque menses 2300 annos computamus 186, quorum octoerides singulae menses tres intercalares ad sese ordine derivant. Caeterum ab Artaxerxis tempore quo de reparandis aedibus Hierusalem edictum promulgatum est hebdomades 70 complentur. De his vero accuratiorem tractatum de hebdomadum et praefata prophetia opusculo privatim exposuimus. Iudaeos autem dominum nondum venisse, Marcionis quoque discipulos

προφητειῶν μὴ προηγορεῦσθαι οὕτω γυμνῶς ὑπ᾽ ὄψιν τῶν γραφῶν δεικνυουσῶν. καὶ μετ᾽ ὀλίγα· συνάγονται δὲ τοίνυν οἱ χρόνοι ἐπὶ τὴν τοῦ κυρίου παρουσίαν ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ τῆς ἀναστάσεως D ἔτη ͵εφλα΄. ἀφ᾽ οὗ χρόνου ἐπὶ ὀλυμπιάδα σν΄ ἔτη ρϟβ΄, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ἀποδέδεικται.

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν αὐτῶν.

Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος προήει ἔτους ιθ΄ τῆς Τιβερίου βασιλείας. καθ᾽ ὃν καιρὸν καὶ ἐν ἄλλοις μὲν Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὕρομεν ἱστορούμενα κατὰ λέξιν ταῦτα. ὁ ἥλιος ἐξέλιπε. Βιθυνία ἐσείσθη. Νικαίας τὰ πολλὰ ἔπεσεν. ἃ καὶ συνάδει τοῖς περὶ τὸ πάθος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν συμβεβηκόσιν. γράφει P. 325 δὲ καὶ Φλέγων ὁ τὰς ὀλυμπιάδας περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ ιγ΄ ῥήμασιν αὐτοῖς τάδε· τῷ δ΄ ἔτει τῆς σβ΄ ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο. καὶ ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς ἀνήρ. τεκμήριον δ᾽ ἂν γένοιτο τοῦ κατὰ τόδε τὸ ἔτος πεπονθέναι τὸν σωτῆρα ἡ τοῦ κυρίου κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου μαρτυρία, ἥτις μετὰ τὸ ιε΄ ἔτος

1. προηγορέσθαι A. γυμνῶς Scaliger. Vulgo γυμνὸς. 2. δὲ om. G. 3. ἀναστάσεως] κτίσεως m. 6. Εὐσεβίου] P. 370. 11. ἐξέλειπεν B. συνάδει B et P apud Goarum. σάδει G. *congruunt* Eusebius. 13. Φλέγων B et Eusebius. Vulgo λέγων. τῷ δὲ δ΄ B. 17. γενόμενος om. G. 18. δολωθεὶς A.

nusquam eius adventum prophetiis enunciatum asserentes non possum non mirari." Et post pauca: „anni itaque ab Adam condito ad Christi adventum et eius resurrectionem 5531 colliguntur; a qua temporis epocha ad Olympiadem 250 anni 192, ut in praecedentibus declaratum est, intercurrunt."

Eusebii Pamphili de iisdem.

Iesus Christus dei filius dominus noster, sacris phrophetarum vaticiniis ita testantibus, anno Tiberii imperantis 18 ad passionem processit, quo tempore in aliis pariter Graecorum commentariis haec verbo tenus reperimus descripta. Sol defecit: Bithynia terrae motu concussa. Nicaeae plures aedes dirutae. Et haec quidem iis, quae circa Christi passionem accidere, consonant. Phlegon vero Olympiadum supputator egregius de huiusmodi libro 13 totidem verbis scribit. Anno Olympiadis 202 quarto, maximus, qui hominum memoria exstet, solis defectus visus est; incubuit nox hora diei 6, ita ut astra medio caelo cernerentur, et ingens per Bithyniam terrae motus maximam Nicaeae partem subvertit. Et haec quidem praefatus vir. Hoc autem anno salvatorem passum argumento est Ioannis stilo conscriptum evangelii testimonium, quo post Tiberii annum 15 triennium

Τιβερίου τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ διαγενέσθαι μαρτυρεῖ. κατὰ τοὺς αὐτοὺς δὲ χρόνους καὶ Ἰώσηππος ἱστορεῖ ἐν ἡμέρᾳ πεντηκοστῆς κινήσεως καὶ κτύπου ἱερέας ἀντιλαμβάνεσθαι B πρῶτον, ἔπειτα φωνῆς ἀθρόας ἔνδοθεν ἀκοῦσαι ἀπὸ τοῦ ἐσωτάτου ἱεροῦ αὐτοῖς ῥήμασιν εἰπούσης, μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν. καὶ ἄλλο δέ τι ὁ αὐτὸς ἀναγράφει Ἰώσηππος, ὡς Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Καίσαρος τὰς εἰκόνας νύκτωρ εἰς τὸ ἱερὸν, ὅσπερ οὐκ ἦν θέμις, ἀναθέντος, μεγίστου τε θορύβου καὶ στάσεως ἀρχὴν ἐμβεβληκότος τοῖς Ἰουδαίοις· ἔνθεν ἐπιστήσεις πόσαι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος διεδέξαντο συμφοραί.

Φλάκκος Ἀσύλαιος τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου ἐκπέμπεται. πολλὰ δὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους V. 259 ἐπεβούλευσεν.

Ὅτι μὲν ͵εφλα΄, οὐχὶ δὲ ͵εφλγ΄ ὁ Ἀφρικανὸς λέγων δύο C σφάλλεται ἔτη κατὰ τὴν ἀψευδῆ τῶν εὐαγγελίων ὑφήγησιν. πρόδηλον γὰρ ὅτι τῷ λ΄ ἔτει ἀρχομένῳ που ἢ μικρῷ πρὸς ἢ ἔλαττον, διὰ τὸ εἰρημένον, Ἰησοῦς δὲ ἦν ὡσεὶ ἐτῶν λ΄, παρὰ τῷ μεγάλῳ εὐαγγελιστῇ Λουκᾷ, ἐβαπτίσθη, καὶ ἐδίδαξε καὶ ἐθεράπευσε πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐπὶ τρία ἔτη· ὡς εἶναι τὸν ἀπὸ τῆς θείας αὐτοῦ συλλήψεως χρόνον ἀρξάμενον τῷ ͵εφλα΄ ἔτει τοῦ κόσμου, τῇ πρώτῃ τοῦ πρωτοκτίστου μηνὸς Νισὰν, Μαρτίου κε΄,

3. *κτύπου ἱερέας* Scaliger p. 77. *κτύπους ἱερᾶς* G. 5. *μεταβαίνομεν* A. 8. *τε* om. G. 11. *Ἀσύλαιος*] *Ἀβίλιος* Scaliger p. 78. *Avulius* Eusebius p. 370. 15. *τῶν ἁγίων εὐαγγελίων* G. 16. *ἀρχομένῳ* B. *ἀρχομένου* G. *ἢ μικρῷ πρὸς*] Sic supra p. 25, 5. *δεκαπέντε καὶ μικρὸν πρός*. 17. *Ἰησοῦς* m ex libro Petavii et Luc. III, 23. Vulgo *σι΄*. 20. *͵εφα*] *͵εφλα΄* G. 21. *νισσᾶν* A. *νησσὰν* B. *Νισσὰν* G.

aliud eius praedicationi deputandum asseritur. Eadem quoque tempestate motum quendam strepitumque die pentecostes primum sacerdotes percepisse auctor est Iosephus; postmodum vero vocem ex intimis templi penetralibus subito erumpentem audivisse: migremus hinc. Aliud insuper Iosephus idem commemorat; praesidem videlicet Pilatum Caesaris imagines (quod Iudaeis nefas erat) noctu in dei templum inferentem magni tumultus et seditionum semina Iudaeis ingessisse. Ex istis quantae Iudaeorum gentem exceperint calamitates, agnosces.

Flaccus Abilius Alexandriae Aegyptique praefectus a Tiberio delegatus Iudaeorum genus insidiis frequenter appetiit.

Africanus annos ab orbe condito 5531, non 5533 scribens attenta sanctorum evangeliorum historiae sinceritate annorum duorum errorem admittit. Ineunte quippe anno 30, vel nonnihil ante vel paulo post ob magni evangelistae Lucae dictum: „Iesus autem erat annorum quasi 30," ipsum baptizatum fuisse manifestum est. Praedicavit subinde et morbum omnem diversique generis langores curavit per annos 3, adeoque a divinis eius natalibus annus 31 cum anno a mundi conditu 5531 mensis Nisan primi omnium conditi diei primo, Mar-

μέχρι τῆς ζωοποιοῦ ἀναστάσεως κατὰ τὴν αὐτὴν συμπεσοῦσαν D ἡμέραν κε΄ Μαρτίου ἐτῶν λγ΄ καὶ ἡμέρας μιᾶς τῷ ͵εφα΄ ἔτει ἀρξαμένην, ἀφ᾽ ἧς ἐπὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς μετὰ σώματος θεοπρεπῆ θείαν ἀνάληψιν ἡμέραι μ΄. ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἔτη ͵εφλγ΄, ἡμέραι μ΄. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ τοῖς λεγομένοις περὶ τῆς αὐτῆς πολλαχοῦ λεγομένης ὅτι ἐν αὐτῇ τὸν θάνατον πατήσας ὁ κύριος ἡμῶν πρωτοκτίστῳ ἡμέρᾳ ζωὴν ἡμῖν ἐκ νεκρῶν ἐπήγασε, σκοπείτω εἰς τὴν ια΄ περίοδον τῶν φλβ΄ κυκλικῶν ἐτῶν κατὰ τὸ σιγ΄ ἔτος τῆς αὐτῆς περιόδου τὴν ιδ΄ τοῦ παρ᾽ Ἑβραίοις πάσχα, καὶ εὑρήσει κατὰ τὴν κγ΄ τοῦ αὐτοῦ Μαρτίου μηνὸς ἐν ἡμέρᾳ
P. 326 παρασκευῇ καταντῶσαν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος, ὃ ὑπὲρ ἡμῶν ἑκουσίως ὑπέστη, καὶ ταφεὶς ὑπὸ Ἰωσὴφ τοῦ ἐξ Ἀριμαθαίας καὶ Νικοδήμου ἀνέστη τῇ μετὰ τὴν αὐτὴν παρασκευὴν ἐπιφωσκούσῃ τρίτῃ ἡμέρᾳ, μιᾷ σαββάτων, πρώτῃ δὲ τοῦ παρ᾽ Ἑβραίοις Νισὰν πρώτου μηνὸς, ἥτις ἀεὶ τῇ κε΄ τοῦ Μαρτίου μηνὸς μία καὶ ἡ αὐτή ἐστιν.

Ὁ μὲν οὖν Ἀφρικανὸς συμφώνως τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει τῷ ͵εφ΄ ἔτει τὴν θείαν χρονολογήσας σάρκωσιν, περὶ τὸ πάθος καὶ τὴν σωτήριον ἀνάστασιν δυσὶν ἔτεσι διήμαρτε, κατὰ τὸ ͵εφλα΄ ἔτος τοῦ κόσμου ταύτην συναγαγών.

2. ͵εφα΄] „͵εφλδ΄ P." Goar. ἀρξαμένης G. 3. ἀφ᾽ ἧς B. ἀφεὶς G. τοῦ σώματος G. 4. Ad ἀπὸ Goarus „*Desunt haec in MS. Petavii.*" Nescio quot verba *haec* dicat. 5. καὶ ἡμέραι m. 7. ἡμῖν addidi ex B. 8. φλβ΄ m. ͵ελβ΄ G. 10. εὑρήσει m. εὑρήσεις G. 12. Ἀριμαθίας G. 14. πρώτῃ BP. πρώτου G. 18. περὶ] παρὰ G. 19. κατὰ τῷ A. 20. ἔτος B. ἔτει G.

tii 25 procedat comes, usque ad vivificam resurrectionem in eundem Martii diem 25 incidentem, quo annos 33 completos et unum insuper diem mundi 5534 primo exortum numerabimus, postmodum ad sacram usque et deo congruam cum corpore in caelos adscensionem dies 40 ab Adam autem creato ad eundem anni 5533 et insuper dies 40 intercessisse ponemus. Verum qui de eodem frequentius memorato die relatis fidem abrogaverit, in eo nimirum ceu primum condito die vitam e mortuorum monumentis morte devicta velut e fonte vivo salvatorem profudisse, adeat, rogo, cyclicorum annorum 532 periodum 11 et in ea anno 213 annotato, lunam Hebraici paschatis 14 signet; subinde procul dubio in mensis Martii diem 23, (qui Parasceue passionis, quam pro nobis sponte sustinuit, salutaris dies est) illam inveniet incidentem. Christus demum ab Ioseph Arimathiensi et Nicodemo sepultus die post Parasceuen istam tertio illucescente, primo Sabbati, mensis primi Nisan Hebraici die primo, qui Martii mensis unus ac idem quintus supra 20 semper est, resurrexit.

Africanus itaque apostolicae traditioni concors divinae incarnat. anno in mundi 5500 relato, circa passionem et salutis conciliatricem resurrect. eandem in mundi 5531 colligens, 2 annis a vero aberravit.

Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου τὰ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἀβραὰμ γενέ- B *σεως, ἢ κατὰ τοὺς χρόνους Νίνου καὶ Σεμιράμεως τῶν Ἀσσυρίων βασιλέων ὡμολόγηται, συντεμὼν ἔτη ͵γρπδ' ἐστοιχείωσε τῷ Ἑβραϊκῷ ἐξακολουθήσας καὶ τὸν δεύτερον Καϊνᾶν ρλ' ζήσαντα πρὸ τῆς τεκνώσεως μὴ στοιχειώσας, οὗ ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς μέμνηται ἐν τῇ κατ' αὐτὸν γενεαλογίᾳ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ λέλεκται. τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς τοῦτο χρονογραφεῖον ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως γενέσεως Ἀβραὰμ ἔτη ͵γλβ' περιέχει συμφώνως τῇ θείᾳ Μωϋσέως γραφῇ καὶ ταῖς γενεαῖς τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου. καὶ ἀπὸ τῆς γεννήσεως Ἀβραὰμ ἕως τοῦ σωτηρίου σταυροῦ καὶ τῆς* C *ζωοποιοῦ ἀναστάσεως ͵βμη' ἔτη συνῆξεν, ἅτινα κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον ἔτη ͵βσκα' ἡμῖν ἐπιλελόγισται. ἔτη δὲ τὰ πάντα ἐξ Ἀδὰμ ͵εφλγ', κατὰ δὲ Εὐσέβιον ͵εσλβ'. ὅπερ ἀλλότριον πάντη τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως· ὃ καὶ ἐκ παραλογισμοῦ τοιοῦδε πέπονθε πρὸς τοῖς ρλ' τοῦ Καϊνᾶν ἔτεσι καὶ τῶν ἐν τοῖς κριταῖς ἀλλοφύλων ἔτη ρια', παραλείψας τά τε τῆς ἀναρχίας καὶ εἰρήνης ἔτη μ'* V. 260 *καὶ ἔτι τὰ Δαρείου τοῦ καὶ Ἀστυάγους ἔτη ια'.*

Πανόδωρος δέ τις τῶν κατ' Αἴγυπτον εἷς μοναχὸς, ἱστορικὸς οὐκ ἄπειρος χρονικῆς ἀκριβείας, ἐν τοῖς χρόνοις ἀκμάσας Ἀρκαδίου βασιλέως καὶ Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, D

1. *δὲ* addidi ex P. 2. *ἢ*] Vulgo *ἥ*. 4. *καϊνὰν* B ut solet. Et hoc ubique restitui praestat. 6. *αὐτὸν* B. *αὐτῶν* G. 7. Vulgo *χρονογράφιον*. *χρονογραφίον* B. Hoc est *χρονογραφεῖον*. 8. *͵γλβ'*] *͵γτιβ'* m. 11. *ἀληθῆ*] *ἀληθινὸν* G. 12. *ἔτη* om. G. *ἐπιλελόγισται* P. *ἐπιλόγισται* G. 15. *καὶ τῶν — ἀλλοφύλων* m. *καὶ τὸν — ἀλλόφυλον* G. 17. *ἔτι* B. *ἔτη* G. *καὶ* add. B.

Eusebius Pamphili ab Adam condito ad ortum Abrahae vel ad Nini Semiramisque aetatem brevius intervallum positurus Hebraicum codicem praevium sequutus annos 3184 collegit; Cainan autem nominis istius secundum ante procreatam a se sobolem annos 130 vixisse creditum, de quo sacer evangelista Lucas scripto generis Christi laterculo mentionem habuit, prout alibi exposuimus, in numerum omnino non retulit. Haecce vero nostra Chronographia divinae Mosis scripturae generisque Christi Lucae evangelio contenti concors futura descriptioni ab Adam productae ad Abraham diem natalem annos 3312 complectitur; et ab Abrahae rursum exortu ad crucem salutis autricem ad passionem et ad vitae reparatricem resurrectionem annos collegit 2048, qui nobis ex germana temporum ratione 2221 summatim numerati sunt. Annorum igitur ab Adam conditu omnium collectio 5533 ex Eusebiii calculis 5232 reddit, quod ab apost. traditione recedit penitus, quodque ex admisso circa Cainan annos 130 ac insuper ex annorum 111 allophylorum dominatui ab eo praetermisso ex Iudic. lib. adscribendorum, nec non ex interregni pacisque aliorum 40 et ex Darii Astyagis quoque dicti annorum 11 omissorum errore passus est.

Porro Panodorus ex Aegypti monachis nonnullus temporum rationis et historiae non indiligens scrutator, qui Arcadii Imperatoris et Theophili

